



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

I. B. P.

Phys. pp. 9^a



Ring-necked Pigeon. Found
at very dry, open, sandy ground

CENTRO-
B A R Y C A
G V L D I N I.

PAVLI GULDINI
S A N C T O - G A L L E N S I S
E SOCIETATE JESU,

D E

C E N T R O G R A V I T A T I S

T r i u m s p e c i e r u m Q u a n t i t a t i s c o n t i n u æ .

L I B E R P R I M U S ,

D E

C E N T R I G R A V I T A T I S

I n v e n t i o n e .


A P P E N D I C I S

L o c o , a c c e s s e r u n t T a b u l a N u m e r o r u m ,

Q V A D R A T O R U M & C U B I C O R U M .

E a r u n d e m q ;

F A B R I C A & U S U S .



V I E N N Æ A V S T R I Æ ,
Formis GREGORII GELBHAAR Typographi Cæsarei.

Anno M. DC. XXXV.

Berlin
Stachowitz
Norden

REVERENDISSIMO

E T

A M P L I S S I M O

D O M I N O, D.

R E I N E R O
A B B A T I M E L I -
C E N S I,

Ordinis S. B E N E D I C T I, SS. Theolo-
giæ Doctori, Sacrae Cæsareæ Majestatis Consiliario,
Austriæ Inferioris

P R I M A T A



SUNT QVI IN LI-
neas protendunt, sunt qui in
Orbes circumducunt, erudi-
tum calamum: Noster labor
in medio consistit; saltem hoc habet boni,
non exorbitat, C E N T R O incumbit;
nec leviter circumfertur, M O M E N T U M
servat G R A V I T A T I S. Non mira-
beris R E V E R E N D I S S I M E &

X 3

A M-

A M P L I S I M E P R A E S U L, me, ve-
lut in angustias redactum, R E I E X I G U A
adhærere: ars nunquam magis quam in
minimo tota est. Incubent alij Archime-
deis molibus, ego mēos conatus P U N-
C T O finio, M O M E N T O absolvo. O-
stendo quo inclinent omnia. Quid cu-
riosus facere, (do P U N C T U M, qui teti-
gerit omne feret) quid vtilius possim?
Singulare in Terram imperium obtinet
hæc Scientia; ad nutum & auget ponderis
gravitatem, tacitis accessibus; & minuit ar-
canis decrementis: vsque adeò interest sci-
re leves has gravitatum minutias, vel mi-
nutas hasce ignorare gravitates. Non ig-
noravit Protagoras: adhuc puer ligna fe-
rebat in fasciculum ingeniosè juncta. Vi-
dit Democritus; miratusque scita librati o-
neris intervalla; habes vnde proficias, in-
quit, me sequere, meliora discas oportet,
qui & ligna lance tam ingeniosa humeris
appendis: simul Philosophiæ puerum ap-
plicuit, & esse eum fecit, ait Gellius, quan-
tus postea fuit: tantum illi ad immortalita-
tem

tem nominis momentū addidit C E N T R U
G R A V I T A T I S . Non equidem ligna sunt
quæ portas R E V E R .^{me} & A M P L I S S I M E
P R A E S U L : P O N D U S est quod Tu o Su.
peri imminere jussérunt Capiti; sed S I N E
P O N D E R E : nam quemadmodum in
naturali Elementa loco, ita Mytras ac In-
fulas in Tu o non putamus Capite ponde-
rare. Sic fit vt & Laudatissimæ Austriq.
rum Provinciæ, maximi plenas momenti
moles, & amplissimæ Tiaræ Domestica o-
nera, dexterimè sustineas. Speciem in-
terim edis Tehujus, quam trado, Lucubra-
tionis usque adeò peritum, vt quæ Censu-
ræ Tuæ dedicantur, G R A V I T A T I S M O-
M E N T A , in P O N D E R E sint oportet, N U-
M E R O , ac M E N S U R A . Memini cum bene-
volâ & doctâ aviditate, mecum diu multum
que contulisti, qua ratione Cubus gemi-
nari, quo artificio B I N Æ M E D I Æ inveni-
ri, cæteraque id genus, suis absolvi nume-
ris valeant. Recordor quam peritè de
C O N T A C T U S A N G U L O differueris, qui
nullam ad R E C T I L I N E U M proportionem

habeat. Reliqua Doctrina Tua, Laudatis
inculpatae vitæ moribus mixta, in oculis
versatur & ore omnium. Hinc non in alijs
facilius, quam in his Libri mei LINEIS de-
prehendi quo vergant: obvium erat CEN-
TRUM; ruere videbantur in Patrocinium
Tuum; tanta illas violentia, & rara Tua e-
ruditio, & in me, DOMUM NOSTRAM
PROFESSAM, Vniversamque SOCIE-
TATEM humanitas cōmovit. Incidant
ergo feliciter in desideratum finum: Tu
recipe, Tu timidum munus, Tu SINE
omni ad merita ÆQUI PONDIQ;
eo quofoles favore apprehende, quod-
que ad TRUTINAM defuerit, ex Tuō ap-
pende. Qui obiter attigerit leve esse di-
cet; videbit tamen, nec mole illud suā, nec
pondere carere. Vale. VIENNÆ
AUSTRIÆ. Anno Domini, M.
DC. XXXIV. Cal. Decemb.

Rev. ^{ms} Ampl. T.

Addicissimus

PAVLUS GULDIN
Societas Jesu Presbyter.

LECTO-

LECTORI S.



VLTI Te ad CENTRVM ducunt, Amice Lector, scio. Vix unus aut alter est, qui Tuis se pedibus metitur. Alij tardius incedunt, quam ut pervenire tempore possis, quo tendis: Alij festinant prope ratis gressibus. Hos, quia praeire contendunt, assequi non potes. Nimirum cum angustissime contractum sit Centrum, ejus tamen est Amplitudinis, ut non immerito Campus dici queat, in quem se ex Motu recipiat quiescens Natura, in quem, quoties concutitur, conjuratas partes convocat, ut contra noxias Elementorum tumultuantium incursiones, collectis viribus decertet. Ut ita de spatio conqueri non possint, quaecunque Mathematicorum ingenia, sive hic certare alijs currente calamo, sive obambulare fatigato concupiscant. Certè dum ego hoc Centrum cogitatione obeo, nihil latius patet: dum inventum proprius accedo nihil arctius coit. Usque adeò Spatiolum est Punctum unicum, quod nisi acu tangere non potes. Nam cum hac arena feruidis multorum Rotis eruditè trita sit, quam vastam nihilominus, Superi! quam diffusam planitiem aperit, ab omni vestigio intactam! Hactenus hoc mirari subiij, quod flexibus delectentur aliqui, Et tortuosis Itinerarij Mæandris. Si bene memini, Rectâ itur ad verum: Et citissima facilitate à Puncto ad Lineam, à Linea ad Superficiem acceditur; ab hac ad Corpus via est quidem, difficilior tamen, Et molestis quibusdam salebris impedita, ijs maxime qui redire, unde venerunt, pede retrogrado volunt. Apud multos etiam frequens de Corpore Et Superficie, de Solido nimirum, Et Plano est sermo. De LINEA alcum silentium, Et, nisi fallor, à nullo retrò saculo violatum.

VIGINTI admodum anni sunt, ex quibus dubitate, capi, an huic me traxisti crederem: ignoto quidem, ideo periculoso; sed brevi, & aditum ad res reconditas facturo. Erat tum temporis ROMÆ pro Calendario Gregoriano pugnans, contra temerarias Sethi Caluisij incursionses. Excusbi, quantum quidem potui, improbos dentes, quibus homo audax Manes CHRISTOPHORI CLAVII arroserat, Viri aucto suo eruditissimi, & de Mathematicis disciplinis optimè meriti. Postquam receptui cecini, ad propositum reverti studiosæ quietis, & qua de CENTRO GRAVITATIS PERIPHERIARVM CIRCVLI, ejusdemque ac ELLIPSIS partium, tumultuarijs cogitationibus confuderam, ea in ordinem redigere capi. Feruebat opus. Extinxit calorem imperata in Germaniam profectio. Ibi cum plurimæ cogitationes me studijs eriperent, in vinculis suis circumtuli depositum fatum. Perierat, nisi REGORIVS DE S. VINCENTIO Pragâ, CHRISTOPHORVS SCHEINERVS Româ animasset, immo hic præsens Viennæ semimortuum excitasset; uterque Societatis nostræ Mathematicus celebris, ille Terrâ notus, hic etiam Astris. Horum verba tancum apud me pondus habuerunt, ut jam non educerent quod concepi, sed suarvi quadam violentia protruderent in lucem. Accessit amicum consilium HENRICI PHILIPP. I, viri quem Chronologicæ Elucubrationes nullo anno mori sinerent. Is ut ederem per partes, hortatus est verbis, praevit exemplo.

Igitur ut ingenuè fatear, Amice Lector, non est aliud Principium Libri mei, quam utilitas Tua; Progressus est auctoritas gravissimorum Virorum; Finis est Praxis mixta Geometricæ Speculationi. Occupatur circa rem Summi momenti. CENTRVM GRAVITATIS. Hoc dudum cogitamus in quatuor Libros tribuere. Jam PRIMVM do,

ca-

ceterorum Prodromum, & à Secundo vehementer desideratum: sua tamen ipsius doctrinā, velut proprio succo sapidum, atque, etiamsi sine socio esset, ut cunque absolutum. In hunc & nostra, & aliorum inuenta accurato delectu inferuimus; via sternenda successuris laboribus. In id maxime incumbit, ut Centrum Linearum inuestiger, eaque que inde nascuntur suaviter deducat. Id quod nemo hactenus prestitit. Ideò necesse erat forti Substructione stabilire, qua & etatem ferre, & assultus posset. In hanc rem Definitiones primo, deinde Principia Archimedea, vna cum nostris NOTIS adsciscimus. Hec fundamenta jacimus, non ut Molem faciamus aut Fucum, sed ut solide speculemur: more multorum doctissimorum Virorum, qui opiniones suas antiquorū demonstrationibus roborare, & vel ipsa Elementa accersere non erubescunt. Inter cetera ad Circuli Quadraturam digredimur, & usum LINEÆ QVADRATICIS, quam tam veteres quam novi Scriptores in angustias Quadrantis compingunt, ad omnes Circuli partes explicamus: substituentes illi QVADRATICAS innumerās, etiam in infinitum excurrentes. Addimus PVNCTVM VLTIVM QVADRATICIS. Antiquorum, Centrum esse gravitatis SEMIPERICHERIAE CIRCULI: quod quidem ante nos nec adiunxit aliquis, nec evulgavit. Supererat solennis ille Motus quo Terra trepidat, ex mutato centro gravitatis profuens. Hoc, claudimus Librum, in Fine, veluti artificiose turres solent, eruditè nutantem. Principio Libri preponimus Scientiarum Mathematicarum Descriptionem, Ordinem, & Subdivisionem totidem verbis, quot eam Vienne Austriae Anno M. DC. XXII vulgarivimus. Eo maxime consilio, ut apparet ex qua Scaturigine fluxerit, quod aliis in suum aliueum derivavit. His omnibus qualem APPENDICEM, & qua de causa adnectamus, in Præfatione, quam illi præmittimus,

*mus, dicemus. Faxit OPTIMVS DEVVS ut, si hæc Le-
ctor benevolè acceperit, ad usum, utilitatem ac commodum
Proximi, in primis verò ad OMNIPOTENTIS DEI
GLORIAM, etiam reliqua, quæ meditamur, dare possi-
mus. Vale AMICE LECTOR, & his tantisper fruere.
VIENNÆ AVSTRIÆ IV Cal. Aug. Anno Domini
millefimo sexcentesimo trigesimo quarto.*

FACULTAS R. P.
PRÆPOSITI PROVINCIALIS,
Provinciæ Austriæ.

Ego MICHAEL SUMEREKER Societatis
JESU, in Provincia Austriæ Præpositus Provincialis,
potestate ad hoc mihi facta ab Admodum Reverendo
P. N. MVTIO VITELLESCO Generali Præposito,
facultatem concedo, vt Liber Primus D E C E N T R O
GRAVITATIS, cum APPENDICE Tabularū Nume-
rorum Quadratorum, & Cubicorum, carundemque Fabri-
ca & Uſu, à P. PAVLO GULDINO Societatis nostræ
compositus, & gravium Virorum ejusdem Societatis judi-
cio approbatus, typis evulgetur. In cuius rei fidem, has lit-
teras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas de-
dimus. VIENNÆ AUSTRIÆ, Anno Domini
M. DC. XXXV, die XVII.
Februarij.

Michael Sumereker.



I N D E X
C A P I T V M
L I B R I P R I M I ,
D E C E N T R O G R A -
V I T A T I S .

- D**isegnomena Mathematica, quibus disciplinarum Mathematicarum Descriptio, Ordo, & Divisio traditur.
pag. i. & 20.
- Cap. I. De Centris Magnitudinum in communis. pag. 21.
- Cap. II. De Principijs universalibus, ad Tractatum de Centro gravitatis spectantibus. pag. 23.
- III. De Centro gravitatis Punctorum, ac Linearum Rectarum. pag. 37.
- IV. De centro gravitatis Perimetri figurarum superficalium rectiliniarum. pag. 48.
- V. De centro gravitatis Linearum curvarum. pag. 56.
- VI. Digressio, De Quadratura Circuli, Linearum Quadratricet. pag. 56.
- VII. De centro gravitatis perimetri figurarum curvilineorum, mixtorumque. pag. 84.
- VIII. De centro gravitatis planorum Rectilineorum. pag. 89.
- IX. De centro gravitatis planorum Curvilineorum, mixtorumque. pag. 105.
- X. De Centro gravitatis Perimetrorum eorum, qui corpora circumdant. pag. 123.
- XI. De Centro gravitatis Corporum. pag. 127.
- XII. De Mechanica centrorum gravitatis inventione, eorundemque positus inter se comparatione. pag. 132.
- V. I. Dis-

I N D E X

- Dissertatio Physico-Mathematica, de Motu Terra, ex mutatione centri
gravitatis ipsius, proveniente.* pag.137.
Annotatio ad Dissertationem. pag.144.
-

INDEX CAPITVM APPENDICIS.

-  I. *De Potestatum Genesi & Analysis, in genere.* pag.153.
II. *De Potestatum Genesi & Analysis, in specie.* pag.162.
III. *De Constructione, Continuatione, & Vsu Tabularum
Numerorum Quadratorum, & Cubicorum.* pag.181.
IV. *De Vsu Tabula Quadratorum & Cuborum particulari, circa
Numeros proportionales.* pag.185.
V. *De Vsu Tabula Numerorum Quadratorum & Cubicorum, pro
Constructione Virgarum Stereometricarum; & primo de Virga
Quadratica.* pag.187.
VI. *De Constructione Virgarum Stereometricarum illarum, quas Cu-
bicas vocant.* pag.192.
VII. *Vsus Logarithmorum in Virgarum Stereometricarum descriptio-
ne, cerearumq; Potestatum in suas Radices resolutione.* pag.197.
VIII. *De Instrukcione Aciei Militaris, prout ea ab Arithmeticis datis,
& peti potest, aliquot Regulae, inseruientes quibuscumq; alijs Re-
bus ordinatè collocandis.* pag.203.
IX. *De Numeris Polygonis.* pag.212.
X. *De Polygonis Secundis, sive Centralibus.* pag.223.
Tabula Numerorum Quadratorum & Cubicorum. post paginam 228.



IN-

PROPOSITIONVM.

I N D E X

PROPOSITIONVM,

LIBRI PRIMI,

DE CENTRO GRAVITATIS.



Ostulata Archimedis ad Libros Aequiponderantium, cum
Nostris Notis. pag. 25. & seqq.

Axiomata Guidi Baldi. pag. 30.

Propositiones aliquot Archimedis ex libro primo Aequipon-
derantium. pag. 31. & seqq.

1. Plurium Punctorum Centrum gravitatis commune assignare. Propo-
sitione 1. capitulo 3. pag. 37.
2. Dat a recte linea centrum gravitatis invenire. Prop. 2. cap. 3. pag. 39.
3. Binarum Rectarum commune centrum gravitatis repetire. Prop. 3.
cap. 3. pag. 39.
4. Plurium rectarum linearum commune centrum gravitatis inve-
nire. P. 4. c. 3. pag. 40.
5. Linearum rectarum equalium, & numero pariter parium, peria-
pherie circularis segmenti ordine continuo inscriptarum, vel etiam
circumscriptrarum, commune centrum gravitatis invenire. Prop. 5.
cap. 3. pag. 41.
6. Si peripheriae circubaris segmenti cuiusvis linea recte e quales, &
numero pariter pares, inscriptae seu applicata fuerint, erit ut me-
dias linearum inscriptarum simul sumpearum, ad semibasim, scilicet
dimidiam toti segmento subtensam; ita perpendicularis e centro
circuli eius, cuius segmentum propositum est, in unam inscripta-
rum ducta, ad rectam inter idem centrum circuli, & centrum
gravitatis oram inscriptarum simul sumpearum, intersectam.
P. 6. c. 3. pag. 45.
7. Centrum gravitatis Perimetri Triangulorum, via universali siv.
communi indagare. P. 7. c. 3. pag. 48.

INDEX

8. Perimetri dati trianguli Aequilateris centrum gravitatis invenire. P.2.c.4.pag.50.
9. Perimetri dati trianguli Isoscelis centrum gravitatis exhibere. P.3.c.4.pag.50.
10. Perimetri trianguli Scaleni centrum gravitatis invenire. Prop.4. cap.4.pag.51.
11. Perimetri figurarum Quadrilaterarum centrum gravitatis invenire. P.5.c.4.pag.51.
12. Centrum gravitatis Perimetri Polygonorum regularium reperire. P.6.c.4.pag.52.
13. Centrum gravitatis Perimetri Cingulorum, & Gnomonum assignare. P.7.c.4.pag.54.
14. Plurium Perimeterorum figurarum Rectilinearium, centrum gravitatis commune assignare. P.8.c.4.pag.55.
15. Centrum gravitatis linea curva, ex parte consistit cava intra subtensam, acq in recta linea, que ad eam, que curvam in bisectio-
nis punto tangit, perpendiculariter ducitur. P.1.c.5.pag.57.
16. Si sint quatuor magnitudines proportionales, & aliae ipsis pares nu-
mero, in quavis alia proportione proportionales quoque; sitq secunda magnitudo ex illis, equalis secunda magnitudini ex his. Si
proportio prima illarum, ad primam barum, equalis fuerit pro-
portioni tertiae illarum, ad tertiam harum; etiam quarta magni-
tudo illarum, equalis erit quarta magnitudini harum. Si vero
proportio prima ad primam major fuerit, quam tertiae ad ter-
ciam, erit contra quarta magnitudo illarum, minor quamqua ha-
rum. Si denique proportio prima ad primam minor fuerit, quam
tertiae ad tertiam, erit contra quarta illarum, major quamqua
harum. Lemma cap.s.pag.58.
17. Data cuiusvis circulari peripherie, que circulum totum non am-
bit, centrum gravitatis reperire. P.2.c.5.pag.59.
18. Idem aliter efficere. P.3.c.5.pag.63.
19. Dato centro gravitatis cuiuslibet arcus circuli, invenire centrum
gravitatis arcus dupli, quadrupli, &c. item subdupli, subqua-
drupli, & sic deinceps, & hoc in infinitum: in proportione dupla
quidam, vsq ad complendum & varie multiplicandum circulum;
in subdupla vero per continuas ac perpetuas bisectiones. P.4.c.5.p.64.
20. Cen-

PROPOSITIONVM.

20. *Centrum gravitatis semiperipherie circuli, ultimum esse linea Quadratricis punctum.* P.1.c.6.pag.67.
21. *Qua ratione infinita deneur Quadratrices seu Quadratricus Aemula.* P.2.c.6.pag.68.
22. *Si minima illarum, que e centro ad lineam adscriptam educuntur, statuatur semidi ameter, ad quam describatur peripheria aliqua, arcus huius, qui similis sit illi arcui, cui Linea adscripta est, erit semibasi equalis.* P.3.c.6.pag.70.
23. *Si ex centro circulari peripherie, cui adscripta sit Quadratrix vel eius Aemula, ex ciantris radiis lineam Adscriptam secantes in punctis, ex quibus ad basim ducantur & perpendiculares, & parallelae; erunt arcus peripherie inter radios interjecti, parallelis, vel segmentis basis, inter perpendicularares positi proportionales.* P.4.c.6.pag.71.
24. *Si peripheria circuli secetur utcunque in duo segmenta, quibus adscripta intelligatur unicuique secorsim, Aemula, vel ultimum saltem eius punctum; erit rectangulum sub semiperipheria unius segmenti, & ea, qua ex centro circuli ad ultimum punctum sibi Adscripta ducitur; aquale rectangulo sub semiperipheria alterius segmenti, & ea, qua ex eodem centro ad ultimum punctum sibi Adscripta pertingit.* P.5.c.6.pag.72.
25. *Adscriptam quamcunque, cum sua ex centro minima datam, continuare, ac producere in infinitum.* P.6.c.6.pag.73.
26. *Data Adscripta quavis, una cum sua ex centro minima, verane ipsa antiquorum Quadratrix sit, an eius Aemula, & qualis dignoscere; & insuper ipsius Radium atque arcum circuli, cui ea adscripta fuit, invenire.* P.7.c.6.pag.76.
27. *Data adscripta quavis, una cum sua ex centro minima, similem ei, sive maiorem, sive minorem, describere. SIMILES autem voco eas, qua ad similes circulorum arcus spectant.* P.8.c.6.pag.77.
28. *Data quavis Adscripta, cum sua ex centro minima, ostendere, quo modo ipsa vel tota, vel ipsius pars, ipsiusque ultimum punctum, ad quemcunque propositum arcum circuli spectet; eumque arcum re ipsa describere; ipsi nimis vel aqualem, vel similem modo idem propositus arcus major non existat, quam ut similis sit ei arcui, cui Data adscripta intelligitur; aut certe, si major fuerit,*

M V VI P N T D E X

- Adscripta data primis, quantum sufficie, prolongata sit. Prop. 9.
c.8.p.81.
29. Recta linea, Chorde instar propoſita, adscribere arcum ita, ut hic
ad illam datam habeat proportionem. P.10.c.6.pag.81.
30. Dari ex centro gravitatis alicuius arcus circuli, centrum gravitatis
eius peripherie ejusdem circuli; sed non contra. P.11.c.6.pag.83.
31. Centrum gravitatis perimetri semicirculi, aliorumq; circuli segmen-
torum inquirere. P.1.c.7.pag.84.
32. Perimetri reliquarum Circuli partium centrum gravitatis inve-
nire. P.2.c.7.pag.85.
33. Centrum gravitatis perimetri Lunularum invenire. P.3.c.7.pag.86.
34. Centrum gravitatis perimetri Arcuatarum figurarum, Securicula-
rum, Coronarumq; reperire. P.4.c.7.pag.87.
35. Omnis Trianguli Centrum gravitatis est in recta Linea, ab angulo
ad dimidiam basim ducta. P.1.c.8.pag.89.
36. Omnis Trianguli Centrum gravitatis est punctum, in quo recta Li-
nea ex angulo trianguli ad dimidia latera ducta, concurrunt.
P.2.c.8.pag.89.
37. Omnis Trianguli Centrum gravitatis est punctum in recta linea, ab
angulo ad bisectionem basis ducta, existens, quod Lineam sic di-
vidit, ut segmentum ad angulum, reliqui ad basim, sit duplum.
P.3.c.8.pag.90.
38. Omnis Trianguli Centrum gravitatis est in medio recta linea, basi
aequidistantis, qua bina latera ita dividit, ut segmenta ad an-
gulum, reliqui dupla sint. P.4.c.8.pag.90.
39. Binorum Triangulorum commune centrum gravitatis invenire.
P.5.c.8.pag.90.
40. Omnis Parallelogrammi centrum gravitatis est in recta linea, qua
opposita latera bisecta coniungit. P.6.c.8.pag.91.
41. Omnis Parallelogrammi centrum gravitatis est punctum, in quo
diametri coincidunt. P.7.c.8.pag.92.
42. Omnis Parallelogrammi centrum gravitatis, & diametrum, &
bisectionem oppositorum laterum bisecat. P.8.c.8.pag.92.
43. Omnis Trapezij duo latera invicem habentis aequidistantia, cen-
trum gravitatis est in recta linea, que latera aequidistantia bifra-
mam secta conjungit; ita divisa, ut ipsius portio terminum ha-
bens

PROPOSITIONVM.

- tronco minorem parallelo bisectione dividam, ad reliquam par-
titionem eandem habebat proportionem, quam bisectione et raraque si-
milit, quia sic aequalia dupla majoris parallelogram minore, ad
duplam minoris cum majore. Prop. 8. pag. 92.
44. Omnis Polygoni regularis idem est conatum gravitatis, ex figura, se-
cunda circumscripti. Prop. 8. pag. 93.
45. Multanguli cuius binariorum circuli sint radij, reliqua vero inter-
se aequalia, numero pariter paria, & ejusdem circuli peripheria
insempa, centrum gravitatis invenire. Prop. 8. pag. 94.
46. Si Multanguli, secundo circuli plane inscripti, anguli qui ex vera-
que parte axis, seu radij ad cornicem segmenti pertinentes, sunt
mutuo correspondent, rectis jungantur lindis, ratiocina-
turque
parte axis secundum proportionalem, in aliud numerum propor-
tionis, punctaque sectionum jungantur rectis, que ad cornicem;
erit figura tam intermedia, circa totum tempore consenserit, quanto
binariorum hinc inde abbat aruit, intermodi atque circumfisen-
tium, idem centrum gravitatis, quod iugum est cornis Multanguli
ab initio inscripti. Prop. 8. pag. 97.
47. Cuiusvis Figura rectilinea centrum gravitatis invenire. Prop. 8.
c. 8. pag. 101.
48. Centrum gravitatis semicirculi, sectorumque circuli invenire.
Prop. 8. c. 9. pag. 105.
49. Centrum gravitatis segmentorum circuli investigare. Prop. 8.
cap. 9. pag. 107.
50. Reliquarum circuli partium centrum gravitatis invenire. Prop. 8.
cap. 9. pag. 107.
51. Lunularum centrum invenire, gravitatis. Prop. 8. pag. 107.
52. Figurarum Arcuatarum, Securicularum, & Coronarum gravitatis
centrum reperire. Prop. 8. c. 9. pag. 109.
53. Dato quovis segmento Elliptico, centrum totius figurae invenire,
ejusdemque diametrum, ad quam medianas basis dati segmenti,
sunt ordinatim applicatae. Lemma 2. c. 9 pag. 110.
54. Dato frusto Elliptico eadem, que ratio, hoc est, totius Ellipsis dia-
metrum, figuraque centrum reperire. Lemma 2. cap. 9.
pag. 113.

INDEX.

55. *Semicilpse, reliquisque segmentis Ellipticis, illaqꝫ correspondentibus
sectoribus, cenerum gravitatis assignare.* P.6.c.9.pag.115.
 56. *Dato Frustu Elliptico, in eo centrum gravitatis determinare.* P.7.
c.9.pag.119.
 57. *Data Parabole centrum gravitatis attribuere.* P.8.c.9.pag.121.
 58. *Centrum gravitatis Frusti Parabolici investigare.* P.8.c.9.pag.121.
 59. *Perimetri Pyramidum centrum gravitatis indagare.* P.1.c.24.
pag.123.
 60. *Dato Frustu Pyramidalis, centrum gravitatis perimetri ipsius in-
venire.* P.2.c.10.pag.124.
 61. *Perimetri Coni, Conique frusti, cenerum gravitatis indagare.*
P.3.c.10.pag.126.
 62. *Perimetri Parallelipedorum, Prismatum, & Cylindrorum cen-
trum gravitatis dabo.* P.4.c.10.pag.126.
 63. *Cenerum gravitatis Perimetri cuiusvis portionis, & frusti sphere,
Sphaeroidis, & Conoidis parabolici, ostendere.* P.5.c.10.pag.126.
 64. *Cuiusvis Corporis ordinati Cenerum gravitatis explorare.* P.5.
c.11.pag.127.
 65. *Cuiuslibet Parallelipedodi, Prismati, & Cylindri, centrum gravi-
tatis monstrare.* P.2.c.11.pag.128.
 66. *Dati cuiusvis Pyramidis, & Conis centrum gravitatis palam fa-
cere.* P.3.c.11.pag.128.
 67. *Dati frusti Pyramidis, ut & Coni, centrum gravitatis crux.*
P.4.c.11.pag.128.
 68. *Cenerum gravitatu cuiuscunque corporis, planis superficiebus con-
centi explorare.* P.5.c.11.pag.129.
 69. *Conoidis parabolici cenerum gravitatis determinare.* P.6.c.11.p.129.
 70. *Frusti Conoidis parabolici centrum gravitatis invenire.* P.7.
c.11.pag.129.
 71. *Centrum gravitatis Hemispharij indicare.* P.8.c.11.pag.130.
 72. *Dato centro gravitatis Sectoris Sphericis, invenire Cenerum gravi-
tatis Sectoris dupli, quadrupli, octupli, &c. Item subdupli, sub-
quadrupli, & sic deinceps, in proportione subdupla; & hoc in
infinitum: in proportione dupla quidem, usque ad complendam
& varie multiplicandam Sphaeram, in subdupla vero per con-
tinuas bisectiones.* P.9.c.11.pag.131.
 73. *(ujus-)*

PROPOSITIONVM.

73. Cujuscunque Corporis centrunt gravitatis mechanice indagare.
P.1.c.12. pag.132.
74. Cujuscunque Superficiei plane centrum gravitatis mechanice venari.
P.2.c.12. pag.133.
75. Centrum gravitatis Linearum quarumcunque mechanice coni-
cere. P.3.c.12. pag.134.
76. Situm Centerum gravitatis Linearum, Superficierum, & Corpo-
rum, que triangularem ac pyramidalem figuram constituant
inter se comparare. P.4.c.12. pag.135.
77. Positum centrorum gravitatis Lineæ, & Superficiei hemicyclicæ,
atq; Soliditatis hemispherij inter se conferre. P.5.c.12. pag.136.
-

INDEX PROPOSITIONVM APPENDICIS.

- | | |
|--|--------------------------------|
| 78. De Numero Figurato. | Articulus 1. cap. 1. pag. 133. |
| 79. Potestas quid sit. | A.2.c.1. pag. 133. |
| 80. Potestatum series & Ordo. | A.3.c.1. pag. 134. |
| 81. De Potestatum Genesi. | A.4.c.1. pag. 135. |
| 82. De Potestatum Analyti. | A.5.c.1. pag. 135. |
| 83. Geneseos atq; Analyseos Praecepta universalia. | A.6.c.1. pag. 136. |
| 84. De Fractionum Genesi & Analyti. | A.7.c.1. pag. 138. |
| 85. Examen Genesis & Analysis Potestatum. | A.8.c.1. pag. 138. |
| 86. Appropinquatio pro Analyti. | A.9.c.1. pag. 138. |
| 87. Tabula Potestatum earum, quarum Radices digitii sunt. | A.10.
c.1. pag. 139. |
| 88. Constructio praecedentis Tabulae. | A.11.c.1. pag. 139. |
| 89. Tabula Compositionis & Resolutionis Potestatum. | A.12.c.1 pag. 160. |
| 90. Constructio praecedentis Tabulae. | A.13. c.1. pag. 160. |
| 91. Continuatio ejusdem Tabulae. | A.14. c.1. pag. 161. |
| 92. Theorematum ex praecedentibus Tabulis desumpta, pro Genesi &
Analyti particularium Graduum. | A.1.c.2. pag. 163. |
| 93. Exemplum Genesis & Analysis Potestatis secundi Gradus, qui est
Quadrati. | A.2.c.2. pag. 164. |
| | 94. An- |

INDEX

94. *Annotationes ad Genesin & Analysis Quadratorum spectantes.*
Art.3.cap.2.pag.167.
95. *Ratio Genesis & Analysis secundi Gradus.* A.4.c.2. pag.168.
96. *Exemplū Genesis & Analysis Potestatis tertij Gradus.* A.5.c.2.p.170.
97. *Annotationes ad Genesin & Analysis Cuborum.* A.6.c.2. pag.174.
98. *Ratio Genesis & Analysis tertij Gradus.* A.7.c.2. pag.178.
99. *Additio de servanda Lege Homogeneorum in Analyti Potestatum.* C.2 pag.179.
100. *Constructio Tabularum numerorum Quadratorum & Cubicorum.* A.1.c.3. pag.181.
101. *Tabulae predictæ Continuatio.* A.2.c.3. pag.182.
102. *Regulæ ex quibus certo cognoscitur, quinam ex numeris fortuito propositis, nec Quadratus, nec Cubicus esse posse.* A.3.c.3. pag.183.
103. *Numeros omnes in Tabulis nostris, Radicum, Quadratorum, & Cuborum, facillimè unam in summâ colligere.* A.4.c.3. pag.184.
104. *Uſus ejusdem Tabulae.* A.5.c.3. pag.184.
105. *Invenio numerorum Proportionalium.* A.1.c.4. pag.185.
106. *Datis extremis invenire medios numeros proportionales.* A.2.c.4.p.185.
107. *In data Virga mensoria centum Latera, seu Puncta Quadratica, ex Tabulis excerpta, accurate designare.* A.3.c.5. pag.187.
108. *In data Virga decies mille puncta designare.* A.2.c.5. pag.188.
109. *Numerationis partium compendium.* A.3.c.5. pag.188.
110. *Per punctorum seu Laterum inventorum replicationem seu repetitionem, nova alia, & plura puncta invenire.* A.4.c.5. pag.189.
111. *Plurimum punctorum accurata inscriptio.* A.5.c.5. pag.190.
112. *Prima Diametri, aliorumve laterum, in alia puncta seu laterum partes, subdivisio.* A.6.c.5. pag.191.
113. *In data virga mille puncta, seu Latera Cubica ex Tabulis de sumpta, accurate annotare.* A.1.c.6. pag.192.
114. *Date Virga plura puncta inscribere.* A.2.c.6. pag.193.
115. *Compendiosa Partium numeratio.* A.3.c.6. pag.193.
116. *Inventorum punctorum seu Laterum replicatio.* A.4.c.6. pag.194.
117. *Plurimum punctorum accuratior descriptio.* A.5.c.6. pag.194.
118. *Subdivisio Laterum, seu diametrorum.* A.6.c.6. pag.196.
119. *Quæ Latera sive puncta, per præinventorum replicationem haberi possint, à primo usque ad millesimum.* A.7.c.6. pag.197.
120. *Fun-*

PROPOSITIONVM.

120. Fundamentum ex quo Compendium Logarithmicum eruitur.
Art. i. cap. 7. pag. 198.
121. Radicem quinq; figurarum pro vtrq; virga Stereometrica, sive cu-
jusvis Poteſtatis, ex Tabulis Logarithmorum elicere. A. 2. c. 7. p. 198.
122. Radicem plurium figurarum usq; ad decimam inclusivæ, re-
perire. A. 3. c. 7. pag. 207.
123. Applicatio predictorū ad altiores Poteſtatis Gradus. A. 4. c. 7. p. 202.
124. Terminorum quorundam militarium explicatio. Regula 2. c. 8. p. 203.
125. De ſpatio quod vni militum tribuendum. R. 3. t. 8. pag. 204.
126. De Manipulis, seu Aciebus quadratis, altera parte longioribus, in-
ſtruendis, dato numero militum, aut ordinum. R. 4. c. 8. pag. 205.
127. De Manipulis, & Aciebus quadratis instruendis, pro dato ſolo,
ſeu ſpatio. R. 5. c. 8. pag. 205.
128. De Acie perfecte, & Arithmeticè quadrata instruenda. R. 6. c. 8. p. 206.
129. De Acie perfecte, & Geometricè quadrata inſtruenda. R. 7. c. 8. p. 207.
130. De Acie quadrata inſtruenda ad datam proportionem lateraliſta.
R. 8. c. 8. pag. 209.
131. De Acie quadrata inſtruenda ex Manipulis. R. 9. t. 8. pag. 209.
132. De Acie Triangulari. R. 10. c. 8. pag. 210.
133. Quid, & quoquplex sit Numerus Polygonus. Art. i. c. 9. pag. 212.
134. Primorum Polygonorum Ortus & Genesis. A. 2. c. 9. pag. 213.
135. De Progressionibus Arithmeticis. A. 3. t. 9. pag. 213.
136. De Radicibus numerorum Polygonorum. A. 4. c. 9. pag. 216.
137. Ex data alterutra Radice numeri Polygoni invenire alteram.
A. 4. c. 9. pag. 217.
138. Ex data Radicibus, sive binis, sive alterutra canum, numerum
componere Polygonum. A. 5. c. 9. pag. 218.
139. Ex dato Polygono vtramque Radicem elicere. A. 6. c. 9. pag. 220.
140. De numero Altera parte longiore. A. 7. c. 9. pag. 221.
141. De ſitu ac constitutione Vnitatum, in Polygonis Centralibus.
A. 1. c. 10. pag. 223.
142. Secundorum Polygonorum ortus & genesis ex Arithmeticā. A. 2. c. 10. p. 225.
143. De Radicibus Polygonorum secundorum. A. 3. c. 10. pag. 226.
144. Ex data alterutra Radice, numerum componere Polygonum fe-
cundum. A. 4. c. 10. pag. 227.
145. Ex dato Polygono secundo vtramq; elicere Radicem, A. 5. c. 10. p. 227.

IN.

INDEX AVCTORVM NOMINATORVM.



Drianus Romanus.	Pag. 10.
Adrianus Vlacq.	Pag. 197.
Apollonius, sive Elementa Conica.	Passim.
Archimedes.	Passim.
Aristoteles.	Pag. 22, 66, 138.
C. Clavius.	Passim.
Christophorus Scheiner.	In Praef. ad Lect.
Claudius Gaspar Bachetus.	Pag. 184.
David Rivaltus.	Pag. 118.
Dinostratus.	Pag. 67.
Diophantus.	Pag. 184, 216, 219.
Euclides, sive Elementa.	Passim.
Eutocius.	Pag. 66, 112.
Fed. Commandinus.	Passim.
Fran. Maurolycus.	Pag. 184, 216.
Fran. Vieta.	Pag. 34, 154, 159, 180.
Gabriel Vasquez.	Pag. 143.
Greg. de S. Vincentio.	In Praef. ad Lect.
Guidus Vbaldus.	Passim.
Henricus Philippi.	In Praef. ad Lect.
Hieronymus Cardanus.	Pag. 3.
Jo. Ant. Maginus.	Pag. 12.
Jo. Bapt. Villalpandus.	Pag. 82, 143.
Jo. dela Faille.	Pag. 65, 119.
Lucas Valerius.	Passim.
Nicolaus Cabeus.	Pag. 144, &c.
Nicomedes.	Pag. 67.
Pappus.	Pag. 22, 67, 68, 81, 83.
Proclus.	Pag. 22, 87.
Sethus Calvisius.	In Praef. ad Lect.
Simon Stevinus.	Passim.

*Index Roxum, & Erratorum Typographicorum, habetur
in fine Appendix, & Tabularum.*

P A U L I G V L D I N I
S A N C T O - G A L L E N S I S
E S O C I E T A T E J E S V
P R O L E G O M E N A
M A T H E M A T I C A

Quibus

D I S C I P L I N A R V

Mathematicarum Descriptio, Ordo,
& Divisio traditur.



A T H E M A T I C A pars Philosophiae, & ratione abstractionis media inter Physicam & Metaphysicam ponenda, Scientia est Quantitatem considerans abstractam, ab omni materia sensibili. Dividitur communiter prima sui subdivisione in A R I T H M E T I C A M, G E O M E T R I A M, M V S I C A M, & A S T R O N O M I A M. Quibus si addideris Grammaticam, Rheticam, & Dialecticam, septem habebis Artes quas Liberales vocant. Has autem Matheseos partes sic colligunt. Cum enim Quantitas duplex sit, Discreta nimirum & Continua, sive Multitudo & Magnitudo, atq; Discreta considerari possit absolute, & per se, Scientiam, quæ circa hanc versatur considerationem, vocant Arithmeticam. Eadem vero discreta quantitas comparative considerata, & in ordine ad alia, Scientiam gignit Musicam: cum numeri applicentur atq; comparentur cum sono, indeq; nascatur Harmonia, atq; Concentus. Continuam autem Quantitatem dupliciter similiter contemplantur, immobilem videlicet, & mobilem; illam Geometriæ attribuunt, hanc vero Astronomiæ.

2. Verum alij purè considerantes Mathematicam, & secundum eam quam initio dedimus ejus Definitionem, rectius illam

A

lam

2. P R O G L E G D M E N I A

lam in solam Arithmeticam dividunt, & Geometriam: illa enim quantitatem abstrahit, non solum à materia sensibili, sed etiam à continuitate, quam hæc admissit. cum illa numerum; hæc vero lineas, superficies ac corpora tractet, eaq; variè figurata, ac mensurabilia. Musica autem & Astronomia tam puram non habent abstractionem; versatur enim illa circa materiam audibilem, hæc vero circa visibilem, ac mobilem.

Ab his duabus ergo Arithmeticæ scilicet & Geometria, reliquæ omnes, quæ communiter Scientiæ Mathematicæ vocari consueverunt, dependent, vel ijsdem subalternantur. Dicuntur autem & Medicæ, inter Mathematicas nimis & Physicas, cum tam de Mathematica abstracta quantitate participent, quam de materia Physica, sive sensibili. Ex his aliquæ sunt magis Mathematicæ, aliæ magis Physicæ; semper tamen vel Arithmeticæ, vel Geometricæ, vel utrique subalternatæ; idque aut ratione principiorum, ad quæ Conclusiones suas reducere non possunt, nisi mediante Scientia subalternante; aut ratione subiecti, quod à subalternante accipiunt.

3. Omnes tamen Scientiæ Mathematicæ, sive Summæ sint ac Primæ, sive Subalternatæ, dividuntur in Speculativas, Contemplatrices sive Theoricas, & in Practicas sive Operatrices; quarum aliquæ sæpe Mechanicæ etiam nominati solent. Sic habetur Arithmeticæ speculativa, & Arithmeticæ practica; Geometria speculativa, & Geometria practica, &c. Speculativæ sola contemplatione principiorum, partium, passionum, ac proprietatum, quas affectiones vocant, propriæ Scientiæ, & objecti, contenta sunt. Practicæ vero has puras veritatis cognitiones & speculationes, accomodant & reducunt in actum practicum, operantur, modumque operandi præscribunt.

4. Ex his porro ipsis Primijs, ac Puris Scientijs, Arithmeticæ videlicet & Geometria, Tertia alia componitur, utramque copiosè complectens, quæ Purarum disciplinarum Mathematicarum omnium nobilissima est, D I V I N A nimis ALLEGRA, quæ numeris utitur ut lineis, superficiebus, & corporibus; & contra his, ut numeris, & quodammodo hos in illa, & illa in hos, artis quoddam miraculo transformat; eoque, utriusque Scientiæ, nexu plane mirabili, plurima ac varia

varia & speculatur, & operatur verè admiranda. Sane quid Cardanus de ista Scientia, hoc nostro tempore à Franc. Vieta ejusque Sequacibus tam egregiò exculta, jam dicere posset, vix video; qui sua ætate unicam ejus particulam, initio libri decimi Arithmetices, tanta laude extulerit! *Cum omnem humanam subtilitatem inquit, omnis ingenij mortalis claritatem ars hæc superet, donum profecto celeste; experimentum autem virtutis animorum, acque adeo illustre, ut qui hac attigerit, nihil non intelligere se posse credat. Hæc ille.*

5. ARITHMETICA practica (de speculativis enim scientijs semel, & in communi dixisse sit satis) præter Algoritmos varios, varias continet Regulas; ex quibus varia etiam trahit nomina. Præcipit de Progressionibus, Proportionibus, & Combinationibus: Potestatum docet genesin & analysin, numerorum scilicet figuratorum compositiones & radicum extractiones; Quorum quadrangulares, quadrati, solidi, & cubici in Algebra summum habent usum. Logisticam continet popularem, quæ circa pondera & mensuras operatur: Apologisticam item Principum, & Mercatorum, &c. Prout vero ab alijs Mathematicis scientijs requiritur, alias etiam atque alias fortitur appellations. Logisticam enim vocant Physicam; quando Astronomiæ in computandis gradibus, & minutis opem fert, quam Sexagenariam etiam vocant. Eidem & Geometriæ simul ac Geographiæ inservit, in Triangulorum calculo, tam planorum, quam sphæricorum. Geometriam ipsam induit quodammodo, non solum per numeros figuratos, sed & per eos, quos Irrationales, Surdos, & Asymetros vocant.

6. GEOMETRIA in Magnitudinum consistit Descriptione & Ichnographia, Mensuratione, Auctione & Imminutione, Sectione sive Partitione, Transformatione & Proportione. Harum partium, pro triplici magnitudinis specie, Lineas scilicet, Superficie, & Corpore; quælibet triplex etiam est. Si habetur Geometriæ pars, quam Mensurationem diximus, quæ lineas tantum metitur, longitudinem scilicet, vel latitudinem, vel altitudinem, sive profunditatem, & generali nomine Euthymetria, sive Longimetria dicitur. Embadometria sive Planimetria, quæ superficies tantū metitur, & Agrimensoria, à quibusdā etiā, quamvis minus rectè, Geodæsia appellatur, hæc

enim in agrorūta ac superficiērum divisione potius cōsistit, ipsamque prærequisit sēpissime Embadometnam. Datur de-
nique Stereometria quæ Corpora tantum metitur, Solidorum
mensuratio dicta. Et sic de reliquis Geometriæ partibus.

7. Divina denique A L G E B R A, quæ aliquibus Ars ma-
gna, ab alijs Ars Analytices, sive Mathematica Analysis, &
communiter Cossa appellatur, à doctissimo Vieta *Doctrina bene in-
veniendi in Mathematicis* definitur. Est enim via quædam in-
quirendæ veritatis in Mathematicis, quam Plato primus in-
venisse dicitur, à Theone Analysis dicta, & ab eodem defi-
nita, *Assumptio quæsi tanquam concessi, per consequentia ad verum
concessum.* Dividitur à Vieta in tres partes, in Zeteticem,
quæ nimirūm invenitur æqualitas, vel proportio magnitudi-
nis de qua quæritur, cum ijs quæ data sunt: in Poristicem,
qua de æqualitate, vel proportione ordinati Theorematis veri-
tas examinatur, & demonstratur; & in Exegeticem, qua ex
ordinata æqualitate, vel proportione, ipsa, de qua quæritur, ex-
hibetur magnitudo, sive quantitas; eaq; in numeris & Arith-
meticè, si quæratur numerus, in magnitudine vero & quan-
titate continua, si quæsumum de illa institutum fit. Sunt
qui Algebraam, quamvis minus recte, in Varias Regulas di-
vidunt. Rectius alij secundum dimensiones, ac varios Pote-
statum gradus; ut dicatur illis A L G E B R A, sive Cossa Radic-
um, Laterum, seu longitudinum, deinde Cossa Quadratorum
& planorum, postmodum Cossa Cuborum Solidorumq;, &c.

Quicquid ergo Problematum complectitur tam Arith-
metica quam Geometria, hoc totum sibi assumit, & pro-
pria sua arte feliciter soluit, ac demonstrat Algebra. Immo si
Geometriæ tanquam Postulatum concedatur (qui autem hoc
Geometricè præstiterit, inventus est ad huc nemo) *A quovis
puncto, ad duas quavis lineas, rectam ducere interceptam ab ijs, præ-
finito possibili quounque intersegmento,* ex Algebra deducentur
solutiones Problematum eorum, quæ multorum in hanc us-
que diem torserunt ingenia, Mesographicum nimirūm, se-
ctiones anguli in tres partes æquales, inventionem lateris He-
ptagoni, & similia. Denique fastuosum Problema Prole-
matum, ut verbis utar Vietæis, ars Analytice jure sibi arrogat,
**Quod est, N V L L V M N O N P R O B L E M A
S O L-**

S O L V E R E. Excipit autem Vieta ab Algebra Compensationem lineæ rectæ cum curva, ut eam, quam ipse metet construere non poterat, ab Algebra temoyeret, Circuli Quadraturam.

8. Scientiarum autem, quas diximus Mixtas & Subalternas, Quatuor præcipuae sunt, Optica sive Perspectiva, Statica, Musica, & Astronomia, vel potius Cosmographia, quæ deinde in alias subdividuntur, aliatumque rursus sunt subalternantes.

O P T I C A quidem quæ bene videndi, ac delineandi Scientia est, & Geometriæ subiectur, triplex est, à triplici radio, Directo, Reflexo sive Repercusso, & Refracto sive Infraeto, circa quos versatur, ita divisa. Quæ radium directum considerat, Optica simpliciter sive Perspectiva dicitur, atq; de oculo ejusq; objecto, tam per se, quam per accidens speculatur, tractat de ejusdem illusionibus, de Lumine & Umbra, &c. Hæc ergo quæ ista, tum alia Principia magis universalia, de visibili, visione, ac medio scrutatur, Perspectiva nominatur. Ea vero quæ corporum, linearumque in superficiebus descriptarum, in plano projectiones sive configurationes, describere docet, Prospectiva à Neotericis appellare consuevit, quæ & ipsa triplex est.

9. Sumitur hæc Prospectivæ subdivisio à vânia oculi, quem radios emittere doctrinæ caussa supponimus, ab objecto remotione, quæ vel remotissima & quasi infinita, vel proxima & contingens, vel media quasi & justa esse potest. Illa ergo quæ oculum infinitè distantem ab objecto adumbrando, delineando, vel projiciendo supponit, ac proinde radios omnes ex oculo provenientes, parallelos considerat, Orthographia vocatur. Ea autem quæ oculum objecto per contactum conjungit, Stereographiæ nomen sibi non ita pridem invenit. Justum denique requirens inter oculum & objectum interuallum, Scenographia, alijs etiam Sciagraphia dicitur; & ea est, quæ à plerisque Prospectiva, à Pictoribus etiam Prospectiva nominatur. Prima & ultima superficies tantum corporum repræsentat, Stereographia vero, quam medio loco posuimus, interiorem etiam profunditatem rimatur, cum vel re ipsa transparens est corpus, quod conspicendum proponi.

ponitur, vel ejusmodi esse mente concipitur. Ex triplici hac Optica, & Astrolabia, Horolabia, & Analemmata omnia ortum suum ducunt, ita ut Gnomonica, quæ à plerisque Astronomiæ, tanquam subalternant Scientiæ submittitur, sed descriptionem horologiorum species, Opticæ propriè subjicenda sit.

10. Optica denique, quam modo Prospectivam nominavimus, tripliciter præterea, ne quid omittamus, consideratur. Vocatur enim Optica simpliciter ea videndi ratio, qua Objectum directe & horizontaliter aspicimus, Catoptica qua despiciimus, Anoptica vero qua suspicimus.

11. Sunt qui Opticam ratione Objectorum visionis, seu visibilium specificant, ac varie distinguunt. Id enim quod videtur est visibile, vel per se; vel per accidens. Per se namq; videtur id quod per se radiat, ut est primario Lux, secundario Color, qui lucis accessione etiam per se videtur. Vnde prima est Optica Lucis, secunda Optica Coloris. Per accidens deinde videtur, id quod per aliud radiat; & quia talium viginti sunt, idcirco ab his viginti aliae species, sed minus principales, numerari possunt. Ut Optica Magnitudinis, Optica Loci, Figuræ, Remotionis sive Intervalli, Situs, Numeri, Pulchritudinis, Deformitatis, Lenitatis, Asperitatis, Similitudinis, Diversitatis, Continuitatis, Separationis seu Divisionis, Motus, Quietis, Diaphanitatis seu Transparentiæ, Opacitatis, Vmbræ, & Optica denique Obscuritatis: Quarum plerque sua etiam fortiantur Theorematæ.

12. Est alia tandem Opticæ hujus species, qua in cubiculo undique clauso per parvum foramen, species objectorum unâ cum lucis radijs, immittuntur, corporaque ipsa cum suis coloribus, situ tamen everso, in parietibus vel quavis alia superficie, præsertim alba, repræsentantur; confusè tamen non nihil exactè vero, & instar pulcherrimæ picturæ conspicuntur, si vitro aliquantum conuexo foramen illud claudatur. Quia vero id fit per radios refractos, non ad Opticam, sed ad Dioptricam spectat hujus rei speculatio.

13. Opticæ porro subalternantur non solum, ut diximus, Gnomonica, verum aliae etiam artes, præter Picturam enim cuius fundamentum unicum ex Optica derivatur, Sculptura est

M A T H E M A T I C A.

7

est & Statuaria, Scenarum representatio, unde & tertia Opticæ pars nomen accepit; & si quæ sunt aliæ.

14. Altera Opticæ pars, quæ radium habet repercussum, Catoptrica, sive Specularia dicitur. Variarum enim apparentiarum & imaginum, quæ ex corporibus speculis objectis oriuntur, rationes reddit. Et quia triplex potissimum Specularum regularium genus est, planum scilicet, conuexum, & concavum; hinc triplex etiam nascitur Catoptrica. Plures ejus species lubens pretero. Non omittenda tamen videatur ea, quamvis nomine proprio, quod sciam, careat, qua radij Solares repercussi, in unum quasi punctum ita colliguntur, ut apposita apta materia, illico ignis producatur; hæc specula Vistoria dici consueverunt. Potest autem idem effectus produci etiam per radios refractos, quare speciem tunc sequentis tertiae partis constituet.

15. Tertia denique Opticæ pars Dioptrica, quæ alijs etiam Mesoptica dicitur, Visio est per radium, qui transiens per diversa media, infringitur. Vnde visa in diversis medijs, videntur fracta. Quare si à medio, à quo refractio oritur, hæc pars specificaretur, tot essent species quot media, quam acciperet aliam ab aëre, aliam ab aqua, aliam ab alio liquore diaphano, aliam à vitro & chrystallo, &c: Vel potius à duplo medio, cum infractio fiat in comuni utriusq; termino. Ad hanc nobillissima illa speculatio pertinet, qua duabus vitris, certo intervallo distincto, ac Tubo inclusis, eminus res videntur, quæ oculo libero minime apparent. Quod instrumentum Telescopium, Longispicium, Tubum Opticum, Specillum Belgicum, Germani etiam nomine non Germanico, Perspectivum vocant. Ex hac enim Scientia & hujus, & omnium Perspiciliorum, Horologiorum etiam Hydrographicorum ratio redditur, & qua arte certi effectus per specilla produci possunt, ipsa edocet.

16. Ex Catoptrica autem & Dioptrica alia exsurgit species, habens pro objecto radium & repercursum, & infractum, & Dio Catoptrica non inepte fortassis dicitur. Rationem reddit Iridis, & similiūm apparentiarum. Item quomodo species visibiles inversæ, de quibus supra diximus, per speculum vel aquam erigi possint ex illa habetur.

17. Opti-

17. Opticam subsequitur S T A T I C A , quæ est Scientia de ponderibus, Geometriæ subalternata: quamvis non desit qui eam ipsi Geometriæ parem faciar, ut cum Deus omnia creaverit in Numero, Ponderi, & Mensura, etiam Arithmeticæ, Staticæ, & Geometriæ, quæ circa illa versantur, Primariæ sint Mathematicæ scientiæ, à quibus reliquæ dependeant. Verum nos definitioni Mathesedos insistentes, à puris Mathematicis eam removemus, cum præter quantitatatem versetur etiam circa materiam sensibilem, quæ est gravitas, à qua tamen, si strictè loquimur velimmo ac speculative, mentem simili- ter abstrahere licet, ut sit in consideratione linearum, & superficierum. Subdividi autem varie potest.

18. Primo omnium Statica est Elementaria, quæ communia ad universam Staticam pertinentia principia & elementa præscribit. Deinde si velimus ipsa pondera in se & absolute considerare, tunc proxime succedit Centrobarycæ, agens de centro gravitatis magnitudinum. Si vero pondera ratione gravitatis inter se comparentur, aut certe idem pondus, ratione suspensionis ab alio, quam à gravitatis centri puncto, consideretur, alia habebitur hujus Scientiæ pars, quæ Statica absolutè, vel Isotropo Statica dici potest, considerans magnitudines æqueponderantes; quomodo videlicet plures, sive æquales sive inæquales, vel etiam eadem magnitudo, ratione suarum partium, inter se conferri ac suspendi possint, ut sequatur æquilibrium: quantum altera alteri præponderet, quando quiescere, vel necessario cadere debeant, &c.

19. Considerando porro pondera, sive gravia in ordine ad motum, notissima illa juxta ac utilissima inde exsurgit Ponderum motrix Scientia, Mechanica communiter dicta, qua magnificentum illud Problema solvitur, *Data potentia datum pondus moveare*, qua & fretus Archimedes exclamavit, *Da mihi ubi consistam Terramq; movebo*. Sunt qui hanc partem subdividi volunt ratione Machinarum, quibus fit motus, quæ cum omnes omnino ad quinque capita reduci queant, ad Libram scilicet, Vectem, Trochleam, Axem in Peritrochio sive Ergatam, & Cuneum, etiam quinque erunt diversæ Mechanicæ scientiæ, quibus sexta addenda, Composita dicta, ob varias harum machinarum inter se compositiones. Omnes enim machinæ

chinæ quotquot sunt, vel simpliciter ex his fiunt, vel ex plurimum compositione: omnia ferme artificum Instrumenta ex his ortum ducunt, ut vel ex ipsis Aristotelis Quæstionibus Mechanicis colligere licet. Sic cochlea immediate & simpliciter revocatur ad Cuneum, ad Cochleam rotulæ horologiorum automatum, &c. ad quam facultatem referuntur etiam ea, quæ vi percussionis, sive impulsu incidunt, dividunt, perforant, &c. Ut enses, gladij, mucrones, secures, & similia Instrumenta. Ad vectem revocantur & forcipes, & forficæ. Et sic de reliquis. Ita ut ratione instrumentorum saltem omnes artes ferè Mechanicæ, huic Scientiæ Mechano-Staticæ subalternentur, quæ secundum datam divisionem Sextuplex est, nimirum Zygostatica, Mochlostatica, Troch-leostatica, Ergatostatica sive Onostatica, Sphenostatica, & tandem Polymechanostatica, sive multiplex & composita.

20. Pondera denique movenda vel mota consideranda veniunt, & secundum materiam ex qua constant, & in ordine ad medium, in quo fieri debet motus. Pondus ergo vel est solidum, vel liquidum: medium vero vel aër, vel aqua, vel aliud liquidum, seu humidum & fluidum. Ars autem tam liquida movendi, quam solida in liquido ponderandi, sive movendi, communis nomine Hydrostatica appellatur, sua habens elementa ac principia quædam propria, de quibus ipse etiam tractat Archimedes eo in libro, qui de ijs quæ vehuntur in aquis, inscribitur. Vnde præter Elementariam triplex reperitur Hydrostatica. Prima tractat de aquæ innatantibus, si enim pondus ipsa aqua levius est, partim mergitur, partim supereminet, quantum ergo mergatur, & quantum non, artis est definire. Immo cum sint quædam, quæ etiæ aqua graviora sint, nihilominus tamen aquæ supernant, cujus rei consideratio & tractatio huc pertinet. Hanc partem Bareocolumbiam vocamus.

Secundam Bareodysiam ideo appellamus, quia de gravibus quæ merguntur agit. Considerat enim quantum in diversis medijs ponderent ac gravitent: idem quippe plumbeum, quod in aëre libram ponderat, in aqua minus pondusat quam libra, eo pondere aquæ, quod ipsi plumbi, secundum magnitudinem molis, æquale est. Tertia quam Hydatholciam

dicimus, de attollendis, attrahendis, deducendis aquis agit; de aquarum pressu sive gravitatione, in diversimodè enim figuratis vasis, diversimodè etiam premit; de plurimis ac varijs, ijsque artificiosissimis machinis hydraulicis, de aquædu-ctibus, aquarumque librationibus, &c. tractat.

21. Neque de ijs tantum, quæ communiter gravia dicuntur, Statica præscribit, sed & de ipso aëre, quem plerique volunt esse gravitatis expertem. Machinæ enim & Organa Pneumatica non ad aliam, quam ad Aerostaticam scientiam refe-renda sunt; folles etiam & similia alia instrumenta. Quemadmodum autem de ijs quæ aquis supernant Hydrostatica, ita de ijs quæ aëri incumbunt eumq; transvolant, agit Aerostatica: hinc Dracrones volantes, hinc Machina qua quis alligatus, ex uno in alium collem semel atque iterum subiectum flumen volatu traiecit. Nec defunt qui ipsum aërem ponderari posse scribunt. Ignis ipse, an non ad Staticam pertineat, viderit ille qui Pyrotechniam edidit, insignis Mathematicus Adr. Romanus.

Ex Hydrostatica & Aerostatica mixta oritur alia, ex qua multæ procedunt Machinæ, quibus per aëris vel condensationem, vel expulsionem, aqua in altum eiaculari, & quasi in infinitum elevare licet, eam Mesostaticam Compositam non inepte dicere possumus.

22. De artibus Staticæ subalternatis supra quædam innuimus, quibus hic addendum, plerasque non un tantum, sed pluribus scientijs Mathematicis subalternari: Sic licet Statuarij, Sculptrores, Monetarij, Metallarij, & Aurifices ratione picturæ, seu imaginum ac figurarum delineatione, Opticæ subalternentur; quia tamen artis formam in materiam inducere non possunt, nisi mediantibus quibusdam Machinis & Instrumentis, quorum origo & usus ex Statica sumitur, idcirco subiiciuntur Staticæ: Astronomiæ insuper imperio paret, ea Automatum, Constructrix, quæ Syderum imitatur motus. Ex Statica tamen sola, Molendinorum procedere videtur artificium. Quod si ad has artes natura, quæ in magnete latitat, accesserit, si non planè supra naturam, saltem præter illam efficient, ad stuporem usque admiranda, statuentq; humani ingenij, quibus denatura triumphet, splendidissima trophæa.

23. Ter-

23. Tertia & Arithmeticæ immediate subalternata. Media Scientia est M U S I C A, quam Scientiam de Sono numero, vel numero Sonoro esse definiunt. Dividitur primo in Planam, quæ & Choralis sive Gregoriana dicitur, & in eam quam Figuralem vocant. Vtraque autem subdividitur in Compositricem & Visualiem. Nam licet componere, ut vocant, cantiones, propriè ad speculativam pertineat partem, tamen quia ars per sua compendia cò devénit, ut modum etiam reperent practicum, per quem longè citius, & expeditius cantus componuntur, quam ex numeris, aut primis illis ac speculativis principijs; quibus eti si compositio per omnia consentiat, ad ea tamen ab hujusmodi Compositoribus reduci nequit.

Vsualem vocamus quo ipso actu harmonia, ac concentus instituitur, Vocalem quidem quando per voces, Instrumentariam quando Organis.

Musicæ subalternantur ea Artificia, quibus ex Mechanico-Statica fiunt, non solum Organa illa, quibus immediate utuntur Musici; sed etiam illa, quibus per rotas & pondera fiunt se ipsa, ad numeros Musicos, sonantia tintinabula, Machinæ item Pneumaticæ & Hydraulicæ, aliaque Musicalia Automata Organæ.

24. Quarta nunc eaq; præclarissima restat subdividenda, Geometriæ potissimum subalternata, & verè Cælestis Scientia A S T R O N O M I A, quam magis generali vocabulo Cosmographiam, sive Scientiam quæ totam Mundi Machinam, ejusque principijs, partes, & affectiones variè considerat, appellari plerique recentioribus placuit. Eam primo subdividemus in Vranoscopiam, sive Astronomiam, & in Judiciam, quam proprio vocabulo Astrologiam nunc vocant.

25. Est autem Astrologia quæ ex Syderum Naturâ, positu, motu, eorundemque varijs inter se configurationibus, & Aspectibus, futuros eventus præcognoscere docet (verè an falso, ad nos hoc loco non spectat determinare) vnde & Prognosticatrix seu Divinatrix dicitur. Quia vero syderum naturæ, vires, ac qualitates considerantur vel absolute, & prout in se sunt, vel in ordine ad aliud, idcirco in duas Partes primo tribuitur, quarum prior, Introductoria dicta, subdividitur in

Canonicam & Thematicam. Canonica est quæ circa principia solum ac naturas Planetarum, reliquorumque syderum ac cæli partium, corundemq; inter se commixtiones & habitudines versatur, & inde quasi Canones influentiarum extruit. Thematica vero est, quæ ad datum tempus erigere figuram docet cælestem, quam Thema, vel etiam Schema cæli appellant, in qua præcipue observanda veniunt, ordo i2 domiciliorum, tum syderum ac signorum in ea distributio ac inscriptio.

26. Altera pars quæ syderum affectiones in ordine ad aliud dirigit, quæ & propriè Iudiciaria est, & à nonnullis Exercitatoria seu Operatoria nominatur, in 4 partes subdividitur. Prima, quam Catholicam sive Generalem appellant, de universi Mundi statu est, de ortu nimirum, mutationibus, & interitu Vrbium, Regnum, Imperiorum, & Monarchiarum; ubi & quando pax, bellum, sectæ, pestilentiae, terræ motus, & diluvia contingant. Secunda, quam Meteorologicam dicimus, de varijs agit aëris constitutionibus, & de ijs quæ inde consequuntur, ut sunt salubritas, lues, annonæ copia vel penuria, inundatio, &c. Tertia propriè Genethliaca dicitur, & de privata hominum vita, tam quo ad corporis statum, quam ad fortunam, conditionem, & varias animi inclinationes, ex naturalibus conjecturis judicat. Quarta de initijs operum, actionum, rerum, & ægritudinum, atq; de electionibus, & revolutionibus, &c disponit. Atque hanc Nauticæ, Agriculæ, ac Medicinæ magnopere inservire tradunt, quam Particularem, sive Specialem nominari posse judico.

27. Irreperunt autem in hanc artem superstitionis multa & varia, quæ discernere oportet à veris hujus facultatis principijs, alioquin non contemnendis. Sane quanta sit difficultas judicandi in parte illa, quam Catholicam appellavimus, ipsi met Astrologiæ periti fatentur, vnde Joan. Ant. Maginus, insignis Astrologiæ, quem in hac quadruplici divisione secutus sumus, sic scribit: (Isag. Astrologiæ Tract. I. cap. 1) *non mirum videri debet, si Albumassar cum tota vctustate, nec non Escuidus, cum plerisq; alijs recentioribus scriptoribus, de hac scientia, quam sibi & intelligentijs reservavit Deus, tam stolidè & vanebrose pertractarunt.* De universa vero Astrologia, quam licet commendet, hæc subiicit: *Quamquam Chaldaei, Arabes, & Iudæi, talesq; inculti Authores, qui*

qui à quo divitandi cupidiores, eato amplificare volentes, multa inania deliramenta illi immiscuerunt, ut puta sortes seu rerum partes, decurias seu signorum facies, & simulacra que cunis his cooriri dicunt, duodenarias, novenarias, fridarias, gradus lucidos, tenebrofós, fumofós, vacuos, masculinos, femininos, horas planetis assignatas, & alia. Quinimo non solum hec principia falso sunt commenti, verum inelegros etiam tractatus, ut de interrogationibus, de imaginibus, & majori ex parte de electionibus, absq; ullo naturali fundamento compilaverunt, quam quidem Arabum superstitionem barbariem permulti, tum preteriti sculi, tunq; atatis nostre viri (rareo hos qui veram scientia semicam sequuntur) ob quandam facilitatem incepè sectando, in multis maximosq; errores incurserunt, ita ut non solum à vulgo irrideantur, à prudentibus reprehendantur, sed non immerito etiam exosi, & suspecti ab Ecclesia Catholica babeantur. Hæc ille. Quibus addo fæcem hujusmodi hominum, nomen Mathematicorum infame reddidisse apud Imperatores, etiam gentiles, apud Sanctos Patres, apud Jurisperitos, & præsertim apud eos, qui hosce homines à veris Mathematicis (quarum disciplinarum imperitissimi erant, unde & nomine Mathematicorum indignissimi), discernere non dicerunt.

28. Cosmographiæ altera pars, quam Vranoscopiam sive Vranographiam, & communioni nomine Astronomiam dicimus, Scientia est de Motu & Mensura corporum cælestium. Versatur enim circa syderum motus, multitudinem, ordinem, magnitudines, positus, intervalla, configurationes, conjunctio-nesque tam inter se, quam cum Terra, &c. eorundemque leges perpetuas. Dividitur in Observatricem, Systematicam, Sphæricam, Theoriam Planetarum, Computatricem, Geographiam, Nauticam, & Gnomonicam.

Observatrix idcirco primo loco ponitur, quod ex illa maxima procedat scientiæ Astronomicæ pars: ex observationibus quippe cætera dependent. Hæc enim observando, loca, altitudes, & distantias syderum, ad certa temporum momenta, pluresque observationes inter se comparando, varietates motuum, multitudinem, ac ordinem orbium sive realium, sive imaginariorum, quantitates periodum, situm ac remotionem astrorum, & similia alia statuit. Subdividitur autē à plerisq; ratione Instrumentorum (quam aptè ipsi viderint) in Meteoro-

Scopicam, quæ scilicet observationes instituit Instrumentis in sublimi pendentibus, & in Dioptricam quæ alijs utitur. Quando autem omnis observatio fit in aëre, & opus semper fit dioptris, non video quo ingenio hæc divisio instituta sit. Quid enim interest Instrumentum pendeatne, an stet, jaceatue? Rectius huic parti, tanquam subalternanti, saltem ratione finis, subiicitur Instrumentorum Astronomicorum legitima descrip^{tio} & compositio.

29. Habit^s jam observationibus, & inde deductis consequentijs, ade^s Systematica atque de totius Vniversi Constitutione disponit. De Figura Mundi, præcipuisq; ejus partibus, de numero ac ordine cælorū, soliditate, ac fluiditate, situ, locoq; Terræ, motuque siye quiete eorundem, generalia concipit. Quamvis autem varij varia ex cogitarunt Mundi Systemata, quas & Hypotheses vocant, celebriora tamen sunt Ptolemai-
cum, Copernicanum, & Tychonicum.

30. Quoniam vero per præcedentes duas partes, duo præcipui motū cælestium corporum in notitiam venerunt hominum (sequimur enim in his nequaquam Systema Copernicanum) Primus scilicet & Secundus dicti; hinc etiam duæ aliæ Astronomiæ partes natæ sunt. Illi igitur scientiæ quæ pri-
mum tractat motū, Doctrinæ Sphæricæ, siue Sphæræ, no-
men impositum est, & scientia de Primi motu Phœnomenis definiri potest; est autem Primus motus, qui & diurnus dici-
tur, quo omnia astra ad motum primi Mobilis moventur, ab oriente in occidentem, cursum suum perficiens spatio 24 hora-
rum. Tractat igitur hæc pars de decem Sphæræ circulis, de lon-
gitudine latitudine & declinatione stellarum, ascensiōne recta
& obliqua, ortu & occasu, &c. Ut vero Doctrina hæc & aptè
proponatur, & facile capiatur, Instrumenta propria inventa sunt,
Sphæra videlicet, Globus, & Astrolabiū. Sphæra Instrumentū
est armillare ex præcipuis Primi mobilis circulis constructum.
Globus vero solidum convexum, Sphæræ siue pilæ instar, in
cujus convexa superficie, præter dictos circulos, stellarum fixa-
rum asterismi describuntur. Astrolabium denique utrumque
complectitur; omnia in plano, ex ea Opticæ parte, quam Pro-
spectivam diximus, artificiosissime projecta, unde & Planisphæ-
num dicitur, repræsentat.

31. Secundus motus à primo mentem abstrahit, & est periodicus, ac proprius quarundam stellarum, quas Planetas seu sydera errantia dicunt, ab Occidente in Orientem; & quia plures tales ac diversi motus sunt, hinc distinctio illa inter Primum Mobile, & secunda Mobilia ortum suum dicit. Scientia autem de his agens, Doctrina secundorum mobilium, & Theoria Planetarum dicta est. Quamvis autem Motus stellarum fixarum proprius, Secundis mobilibus annumerari possit, ob ipsum tamen tarditatem, aliasque ob caussas, partim in Systematica, partim in Sphærica parte de ipso agitur. Theoria ergo Planetarum tum comunes cum stellis fixis affectiones, tum singulares de Planetis considerat, & in Communem ac Propriam subdividitur. Communis agit de Planetarum Orbibus orbiumq; partibus, si qui sunt, in genere, de orbe videlicet Concentrico, Eccentrico, & Mixto, de Epicyclo, de Planetarum motibus medio & vero, ascensi & descensi aspectu, conjunctione, & Eclipsi, directione, retrogradationet statione, tarditate & velocitate. Propria vero de quovi, planeta singillatim & hæc, & alia tractat. Quæ omnia u, commode & exactè doceri possint, proprijs Sphæris, Globis, & Planisphærijs, pro quovis Planeta, quemadmodum de Primo Mobili diximus, indigent.

32. Sequitur deinceps pars illa quam Computatricem appellavimus, motus syderum tractans respectu Temporis, quam duplicem facim⁹, Supputatricem scilicet, & Computū. Supputatrix est, quæ ad certum temp⁹ loca Planetarum seu syderum fixarū colligit, & ex qua tam Ephemerides quā reliquæ Tabulæ Astronomicæ oriuntur. Eam in Supputatricē Geometricam, quæ scilicet utitur triangulorum calculo; & in Tabularem, quæ compendium præconstructivū tabularū adhibet, subdividim⁹.

33. Computus vero est qui de ipso tempore tractat, qui est vel Astronomic⁹, vel Politicus, vel Ecclesiasticus. Astronomicus agit de tempore naturali Astronomico sive cælesti, quod est numerus motus cælestis, ad spacia quæ Orbis, astrum, vel certum aliquod cœli punctum, aut circulus peragrat, aut ad vices quibus eadem repetit, numeratus. Quamvis autem hic motus naturalis sit, initium tamen suum ab institutione accipit hominum, & à diversis motibus, diversa nomina: qui motus

motus potissimum triplices sunt, Primus, Secundus, & Tertius. Primus est qui attribuitur Primo mobili: Secundus qui a astris, vel eorundem orbibus, de quib^o supra: Tertius est mixtus aut ex his duobus, aut ex pluribus secundis. Ex his tribus motibus oriuntur Anni, Astricus sive Sidereus, Planetarius, Solaris, Lunaris, &c: Anni ac Menses Periodici ac Synodici, dies & horæ, Horæ tamen ab hominum impositione libera ac voluntaria, sicut & earum in minuta subdivisio, principium ducunt.

34. Politicus Computus tempus tractat civile, quod norma quædam est ac mensura durationis rerum, qua una quæque gens suo quodam instituto, tam ad sacra quam ad profana ordinanda, ipsamq; durationem mensurandam, ac numerandam utitur, temporis cælestis imitatrix. Est simplex, id nimis quod ad unicam circulationem seu periodum proxime instituitur, ut dies, mensis lunaris, annus solaris, & compositum ex aliquot simplicib^o, ut hebdomada, Annus Lunaris, Lustrum, Olympias, Cyclus. Initium autem horum temporū, Aera sive Epochæ sumitur à facto aliquo illustri: sic numeramus annos, ab Orbe & Vrbe condita, à diluvio, ab Imperatoribus, à Christo nato, &c. Atque hæc est Computi generalis descriptio; Specialis est, quo unaquæq; gens aut natio, juxta speciale suum institutum, utitur, ut Computus Hebræorum, &c.

35. Computus Ecclesiasticus est specialis Computus Christianorum, quo sua festa tam fixa quam mobilia ordinant, & alio nomine etiam Calendarium dicitur. Dupliciter autem sumi potest, vel generaliter, prout est Methodus & doctrina, qua certis legibus ac regulis præscribitur, quomodo per Cyclos & periodos, tempora cælestis ac civiles, ad æqualitatem reducenda sint; magnitudines annorum & mensium indicat, festis loca assignat, aureum numerum, epactas, litteras Dominicales, & similia investigat. Vel accipitur ut particularis est, & ut sigillatim pro uno certo anno, cum particulari festorum ac reliquorum constitutione, edi solet. Vtrumq; autem hoc Calendarium duplex est, Antiquum videlicet, quod à Julio Cæsare, & P P. Concilij Nicœni ortum dicit; & Novum sive Reformatum quod Gregorianum, à Gregorio X III. P. M. dicitur.

26. Com-

36. Computatrici Geographia succedit, quæ est Scientia de mensura Globi ex aqua & terra compositi, cum quadam ad Sphærām cælestem coordinationem. Dividitur primo generaliter in Absolutam, & Comparatam, deinde in Chorographiam, & Graphicam.

Absoluta de figura, ac magnitudine globi Terreni tractat, deq; tria ejus dimensione. Comparata vero respectum ad Cælum habet, & maxime ad varias globi seu Sphæræ positiones; partes etiam Terræ respectu umbrarum, circulorum, & incolarū inter se comparat. Vnde agit de distinctione hujus globi per Circulos, Zonas, & Climata; de magnitudine ac diversitate dierum & noctium; de poli elevationibus, de vaporum ac nubium altitudine, & crepusculis; de plagiis & cardinibus, de Sphæra recta, obliqua, & parallela, de longitudine, latitudine, distantia locorum, &c.

37. Chorographia est quæ Globum terræ dividit, ac considerat secundum ejus partes minores, & majores, cum annexis circulorum portionibus. Minores sunt Continens, Insula, Peninsula, Isthmus, Promontorium, Mons, Vallis, Campus, Sylva, Portus: Item Mare, Fretum, Sinus, Lacus, Stagnum, Fluvius. Majores sunt Europa, Asia, Africa, America, Magellanica. In his etiam considerat, longitudinem, & latitudinem, confinia sive terminos, quibus altera ab altera distinguitur, aliaque varia accidentia.

38. Graphica est Terræ descriptio sive delineatio, eaque vel Universalis, vel Particularis. Universalis totum Terrarum Orbem cum suis circulis, &c. ob oculos ponit, idque vel in Globi superficie, vel in plano, ut supra de planisphærijs cælestibus diximus. Vnde & globi usum, ac fabricam continet. Particularis Mappas delineat particulares, partium Terræ majorum minorumve, Regnum Regionumq;, quæ & Chartæ Chorographicæ, & Topographicæ vocantur. Graphicam autem ideo partem Geographiæ fecimus, quod particulares habeat suarum descriptionum modos, ab Optica saepe diversos, quod ipsum Mappæ, seu Chartæ Geographicæ variorum Authorum, clare indicant.

39. Septimam, Astronomiæ partem diximus esse Nauticam, quæ & Hydrographia dicitur. Nam etiam si ex Staticæ parti-

partibꝫ Mechanica videlicet & Hydrostatica, multum depe-
deat, Astronomia tamen tanquam nobiliori Scientiæ su-
bigitur, cum cursus navium ad syderum cursus modere-
tur, cuius mediocrem faltem aliquam cognitionem præterea
prærequirit. Agit præterea de Ventis, eorumque natura,
de Rhombis sive lineis Nauticis, ad quod requiritur cogni-
tio etiam magnetis, de ejus declinatione, & inclinatione,
vt, pro vario Sphæræ situ, polarumque mundi constitutio-
ne, cursum suum dirigat. Ad hanc pertinet etiam Portuum in-
vestigandi ratio; Tractatus item de accessu, & recessu maris.
Neq; de est illi propria sua Graphica; Mappæ enim seu chartæ
Nauticæ, littora tantum ac portus, quibus maxime indigent,
cum ventorum seu Nauticis lineis, repræsentant.

40. Ultimo adiecimus Gnomonicam, quam etſi, ratione
delineationis, Opticæ attribuerimus, propter ipsius tamen de-
scriptionis subjectum, quod totum Astronomicum est, &
varia deinde etiam instrumenta horaria, quarum fabrica ali-
unde quam ex Opticis regulis desumitur, cum alijs Auctori-
bus, eam ab Astronomia sejungere noluimus. Nam vt præ-
ter varia horarum genera varios etiam circulos, Meridianos
videlicet, Verticales, ac Parallelos tam horizonti, quam æqua-
toni, arcus longitudinum dierum, signa item ascendentia &
descendentia, &c. in horologijs describat, illorum certè ex
Astronomia cognitionem habere debet.

41. Atque hæc est brevis disciplinarum Mathematicarum
descriptio ac divisio. Non sum nescius plures præterea esse
artes, ac facultates quæ si Mathematicis non omnino ful-
lantur, illis certe summopere indigent. Sic ars Militaris
indiget Arithmeticæ, non solum ut sumptus computet, &c. nu-
merum militum, sed eadem simul cum geometria opus ha-
bet, ad instruendas acies, ordinandos exercitus, ad castrame-
tationes, Munimentorum delineationes, & ædificationes,
ad emittenda tela, ad oneranda, dirigenda, & explodenda
tormenta bellica, ad devehenda, & portanda onera, ad
excogitandas, pro varijs effectibus, varias Machinas Po-
liorheticas disciplinis Mathematicis opus habet; & quo
perfectior quis in illis est, hoc rectius & felicius munus
suum obibit. Sic Syracusas obscessas solus Archimedes, in-
ventis

ventis Mathematicis, diu ab hostibus defendit. Nec de est qui artem equitandi ratione pressus frenorum, quam partem Staticæ facit, ad Mathematicam reducit. Chronogiam opus habere Supputatrice, & Historiam Geographia, vel ipsi errores, ignoratione harum à multis commissi nos edocent.

42. Architectonica certe compositum quoddam esse videtur ex diversis scientijs Mathematicis; teste enim Vitruvio instructa esse debet Arithmetica, Geometria, Optica, Musica, Astronomia, id est, Mathematicis disciplinis omnibus. Nam Staticam sub Geometria comprehendit; quamvis opus non sit, ut hæc omnia in summo habeantur gradu. *Pervellem sanc* inquit quidam ex Germanis Mathematicus, *hanc nobilissimam disciplinam postliminio revocari in Scholas, & discentibus solidè explicari.* Sanè non haberemus tot fumosas, tenebrosas, ruinosas aediculas, non tot sumptus profunderemus, si Architectos haberemus peritos. Ad Scholas profectò pertinere liberalem hanc disciplinam, nemo negaverit, qui Vitruvium legerit.

43. Ex his ergo, me etiam tacente, quivis disciplinarum Mathematicarum colligit amplitudinem, præstantiam, utilitatem, ac jucunditatem, quæ quamvis egregiè exultæ sint & auctæ, in quavis tamen relictus adhuc est latissimus scrutandi, & nova indagandi campus, quod solum deberet hominem ingenio præditum, in amorem harū disciplinarum rapere. In sola Geometriæ particula, quam Magnitudinū Transformacionem diximus, ingens adhuc defossus latet speculationis thesaur'; quod testabitur, vel ipsa Circuli Quadratura, à quodam impossibilis dicta. Rectius dixisset impossibilem, quem multi frustra adhuc quæsierunt Motum Perpetuum. Potentem scio Staticam, eamque machinas dedisse, quas Omnipotentes, ac Perpetuas nominarunt, ipsam tamen Omnipotentem nec dum dixerō: Et ne ipsa nostra hæc disciplinarum Mathematicarum descriptio, sit in Motu Perpetuo, hic ei Quietem impono, Stylumque ad harum Scientiarum particulam illam, quam supra Centrobaricam nominavimus, ampliandam transfero.

MATHEMATICARVM

Scientiarum, Ordo, & Subdiuisio.

MATHEMATICA scientia est, vel

Pura, ut

ARITHMETICA	Elementaris, tradens varios Algorithmos	Integrorum.	
		Fractorum.	
ALGEBRA,	Regularis, continens Regulam	Auream, sive Proportionum.	
		Societatum.	
GEOMETRIA de Magnitudinum	Apologistica	Alligationis.	
		Falsi, sive Positionum.	
OPTICA, -copia vel	Popularis.	Logistica	
		Astronomica seu Physica.	
STATICA, eaqz	Analogistica	Canonica sive Tabularis, de Sinibus, Tangentibus, Secantibus, & Logarithmis.	
		Principium.	
MUSICA	Figurata, de Genesi & Analyysi	Mercatorum.	
		Progressionum.	
COSMOGRAPHIA, -copia vnde	Geometrica, de	Proportionum.	
		Combinationum.	
Astrologia	Propriè Optica, ut	Poligonorum.	
		Potestatum.	
Hydrostatica, cuius partes	Perspectiva	Laterum	
		Incommensurabilibus	
Aerostatica.	Quadratorum	Quadratorum	
		Cuborum	
Pyrostatica.	Altiorum	Altiorum	
		Graduum	
Compositrix	Euthymetrica.	Graduum	
		Embadiometrica.	
Visualis.	Stereometrica.	Stereometrica.	
		Scenographica.	
Figurata	Planis.	Orthographica.	
		Stereographica.	
Geometrica	Conuexis.	Scenographica.	
		Concauis.	
Astrologia	Vistorijs.	Vistorijs.	
		Mathematicis subalternantur, vel ipsdem multum indigent.	
Geometrica	Elementaris	Zygotistica	
		Centrobaryca.	
Geometrica	Isorropistica.	Mochlostistica	
		Trochleostistica	
Geometrica	Mechanica, de	Onostistica	
		Sphenostistica	
Geometrica	Proprietate	Polymechanistica.	
		Bareocolumbia	
Geometrica	Hydrostatica, cuius partes	Bareodysia	
		Hydatholcia	
Geometrica	Aerostatica.	Libra.	
		Vesce.	
Geometrica	Pyrostatica.	Troclea.	
		Ergata.	
Geometrica	Polymesostatica.	Cuneo.	
		que natant in aquis, que inerguntur in attrahendis & deducendis.	
Geometrica	Plana, sive Choralis.	Compositrix.	
		Visualis.	
Geometrica	Figurata	Vocalis.	
		Instrumentaria.	
Geometrica	Introductoria	Mixta.	
		Canonica.	
Geometrica	Astrologia	Thematica.	
		Catholica.	
Geometrica	Iudicaria	Meteorologica.	
		Genethliaca.	
Geometrica	Observatrix	Merica seu Particularis.	
		Systematica.	
Geometrica	Sphaerica.	Comunis.	
		Propria.	
Geometrica	Theorica Planetarum.	Supputatrix.	
		Geometrica.	
Geometrica	Computatrix, cuius partes sunt	Tabularis.	
		Absoluta.	
Geometrica	Geographia	Comparata.	
		Chorographica.	
Geometrica	Nautica.	Universalis.	
		Particularis.	
Geometrica	Gnomonica.	Computus.	
		Astronomicus.	
Geometrica	Astrologia	Politicus.	
		Ecclesiasticus.	

PAULI GULDINY
SANGTO-GALLENSIS
E. SOCIETATE JESV

D E
CENTRO
GRAVITATIS

Trium specierum Quantitatis con-
tinuæ.

L I B E R . P R I M V S
D E

CENTRI GRAVITATIS
I N V E N T I O N E.

L I B R I I.

C A P V T I.

D E C E N T R I S M A G N I
tudinum in communi.



TSI de solo Centro quod Gravitatis vocant, in sequentibus nostris lucubrationibus futurus sit sermo; ejusq; solius definitio satis nobis facere potuisset; quia tamen alia etiam centra à Geometris considerantur, ne Lector, cui omnia utcunq; sunt nota, dubitare aut in decursu barrere incipiat, ea omnia, prout magnitudinem seu quantitatem respiciunt, & supponunt finitem, in primis sub unica definitione comprehendere, doinde eadem in suas species subdividere, atq; quam brevissime describere, raterisq; premittere opera precium esse duximus.

I. C E N T R U M ergo unversum sumptum, est pñctum quantitatis continuæ, & finitæ, signatum, sive actu, sive potentia, vel in illa ipsa quantitate, ejusve termino, vel extra; cum certo, sive extensionis, sive intercapientis, sive habitudinis partium, respectu, ad id cuius dicitur Centrum.

D

2. Cum

24 DIECETR. DI GRAVITATIS

2. Cum igitur tria Quantitatis Continuæ sint genera, totidem etiam erunt Centrorum Corporum videlicet, Superficieum, & Linearum. Tria in eis alia, ratione respectus: quæ communiter Centra Figuræ, Magnitudinis, ac Gravitatis dicuntur. Quibus omnibus præcedens dicitur sive Definitio, sive Descriptio.

3. CENTRUM FIGVRÆ. Mathematici id punctum esse volunt, à quo Radij, sive Semidiametri figuræ excent: vel in quo omnes diametri sese intersectant. Hoc etsi non nisi corporibus, ac superficiebus propriè converit, quibus nomine figuræ etiam solum constructa; ad lineas tamen, quæ ex coni sectionibus priuatur, referri enim potest, ut ex conicis paucet Elementis. Ipsum autem Centrum tam intra, quam extra figuram, ejusve extremitate signatur, ut recte Proclus ad definitionem in primis Euclidis: intra quidem, ut in Sphæra & Circulo; extra, ut in conoide hyperbolico & hyperbole: in termino vero, ut in hemisphærio, semicirculo, & omnibus Sectionibus, de quibus non operigasse videatur Proclus loco citato, ob hanc proprietatem ex figuris planis, sibi semicirculo attribuit. Parabola, cuius diametri omnes parallelæ sunt, hoc centro caret.

Latius autem acceptum, saltem pro figuris rectilineis ordinatis, Centrum Figuræ sic à Luca Valerio describitur: *Figura aliqua planæ multilateræ, centrum habere dicuntur punctum illud, in quo omnes rectæ linea, vel angulos oppositos junctentes, bisariam secantur, vel ab angulis ductæ ad laterum oppositorum bipartitas sectiones, in eadem rationes.*

4. CENTRVM, MAGNITUDINES id punctum est, quod vndeque æqualiter, ratione magnitudinis, extensionis, ab extremis absit. Convenit hoc quidem omni quantitati finita, lineis videlicet, superficiebus & corporibus, sed non singulis. Lineæ enim ordinatae atq; utrinque terminatae centrum est id punctum, quod eam bisecat: in superficiebus vero, solus circulus, inter corpora sphæra est, cui centrum magnitudinis proprie competit. Impropiæ tamen locum habet in polygonis & polyedris regularibus, in quibus ipsa latera & hedra, æque, ab hoc centro, absunt, prout tota considerantur, non autem secundum partes: Aque haec ratione Centrum magnitudinis etiam extra illam quantitatem, cuius centrum dicitur, reperti potest, ut in lineis, cuius in seipsis recurrentibus accedit, qualis est circularis & elliptica, in Zonis, coronisve superficierum, ac corporibus annularibus. Rectius fortassis summi ac proponi posset, hæc centri magnitudinis descriptio, si diceretur id esse punctum, quod in lineis quidem eas bisecat, in superficiebus vero, id per quod ducta recta linea quovis modo, superficiem in duas æquales partes dividit; in corporibus autem punctum id per quod planum quomodo cumq; transiens, eodem modo, ut de superficie dictum, corpus æquale bipartitur, ita ut partes illæ secundum sumptus, & æquales sint, & in homogeneis etiam æquaepondent.

5. CENTRVM denique GRAVITATIS, cuius gratia hæc præmisimus, atq; de quo solo tractare hoc Opusculo constitutum ab Aristotele h̄iprimis hoc modode scribitur: *Centrum gravitatis cuiususcunq; gravis, est ejusdem gravis medium.* Utq; secundū gravitatem, & nulla alia ratione considerati. A Pappo Alexandri ne autem lib. 8. collecti Mathematicarū sic definitur: *Dicimis autem centrum gravitatis unius corporis esse punctum quodam intra possum, à quo si gravis dependens mensuræ accipiatur, dñe fertur, quiescit eti servat eam, quā in principio habebat positionē, neq; in ipsa latione circumuenitur.* A Federico vero Comandino in libro de centro

gravis,

gravitatis solidorum sic describitur. *Centrum gravitatis uniuscujusque solidæ figuræ, est punctum illud intra positum, circa quod undiq; partes aequalium momentorum consistunt.* Si enī per tale Centrum ducatur planum, figuram quomodo cūq; secans, semper in partes aequaponderantes ipsam dividet.

6. Quamvis autem ternæ hæc definitiones solis corporibus appropriatae sint; quippe quibus solis ac vnicis, physicè loquendo, gravitas competit, illisq; re ipsa centrum gravitatis inest, aut extra positum ad illa refertur; eadem tamen libertate, ac privilegio, quo Mathematici superficies & lineas ab ipsis corporibus, à quibus divelli nequaquam possunt, segregant, trinaq; dimensione illas exuunt, atque secundum binas, & vnicam tantum considerant, easdem gravitate induere nobis erit licitum; quodque de superficiebus ab alijs, magno rerum Mathematicarum commodo, atque disciplinæ perfectione, utilitate, excellentiaque factum legimus, etiam lineis accommodare, deq; earum gravitatis centro, ad artis scientiæque amplificationem, augmentum, supplementumq; majorum vestigijs insistentibus, ratiocinari. Neque novis propterea aut definitionibus, aut descriptionibus Centri opus habemus; præcedentes enim universales sunt, si voci corporis seu figurae solide substituatur vox quantitatis finita, & quod dicitur de *plano secante*, linea etiam secanti, ac puncto dividenti accommodetur; attamen quia illud *intra positum* aliquo modo violenter, vel aptari, vel explicari debet, in ijs quantitatibus, in quibus Centrum extra positum reperiatur; vt sit à Giudo Vbaldo in Præfatione ad libros Archimedis de aequa ponderantibus, rectius omittuntur duo illa vocabula, & ad imitationem nostræ omnium Centrorum vniuersalis definitionis initio positæ, definitio accommodetur ita, vt Commandini descriptio sic habeat.

7. *Centrum gravitatis uniuscujusq; quantitatis finita, est punctum illud, vel in illa ipsa quantitate, ejusve termino, vel extra positum, circa quod undiq; partes aequalium momentorum consistunt.* Nam vel Centrum ipsum, vel linea recta, planumve per centrum quomodo cūq; ductum, semper in partes aequaponderantes propositam quantitatem secabit.

Notandum vero partes illas binas quantitatis ab isto punto, linea, aut plano secante factas, aequaponderantes esse respectu Centri gravitatis totius; hoc enim est esse aequalium momentorum; non autem si separatim positæ, quasi in bilance, seorsim ambae ponderarentur. Quamvis enim hoc in pluribus homogeneis verum sit, ut in linea recta, in pluribus figuris planis, in sphæra, &c. Universaliter tamen falso est, & maxime in irregularibus, in quibus sæpe partes parvæ, & ponderositatis seu gravitatis exiguae, seorsim consideratae, quæ à Centro longius absunt, aequaponderant partibus multo gravioribus, proprie Centrum sitis.

Lucas Valerius in suis de Centro gravitatis solidorum *libris*, Centrum gravitatis sic definit. *Cujuslibet figurae gravis centrum gravitatis est punctum illud, à quo suspensum, grave perse manet, partibus quomodo cūq; circa constitutis.* Quæ definitio vniuersalior erit, si vox figurae omittatur; quemadmodum etiam sequens Stevinij definitio, si voci *corpus* substituatur *grave*. Sic enim habet:

Gravitatis centrum est ex quo, vel sola cogitatione, suspensum corpus, quemcumque situm dederis, illum retinet.

8. Quamvis autem sat esse possit, quod centrum gravitatis omnes tres quantitatæ species sui juris fecerit; quia tamē quilibet Species suos diversos, quibus

clauditur habet terminos, qui, ut sunt termini, per se, cum diverso respectu, & ut graves, sumi queunt, ac proinde proprium etiam sibi gravitatis centrum, vendicare. Triplex rursum nobis nascitur Centri gravitatis species, Terminalium videlicet & ipsarum linearum, & superficierum, & corporum: hoc est, Punctorum, Linearum, ac Superficicrum, vel in se recurrentium, vel mutuo sibi undiq; nexarum. Enim vero centrum gravitatis figuræ planæ, exempli gratia, trianguli, aliquando idem est cum Centro sui perimetri seu ambitus, aliquando diversum: & sic de reliquis. Quare jure merito vtriusq; & figuræ, & perimetri diversa habenda est ratio, Centrumque gravitatis in sex species transfundendum.

9. Ceterū cum Archimedes acutissime de Centro gravitatis, in aureis illis de Aequa ponderantib⁹ libellis scripsit, in eosque Guid-Vbaldus ex Marchiomibus Montis, pari felicitate ac doctrina commentatus sit, non est quod multa hic pertinentia inde describamus, cum lector ea inde petere possit. Nobis enim propositum hoc loco est, ea tantum fusori prosequi Stylo, quæ ad gravitatem spectant linearum, de quibus haec tenus nemo. Ne tamen nobis sive necessaria, sive utilia ad finem nostrum consequendum desint, atqua, & in primis priores propositiones hic transferamus, ab ipsis incipientes Archimedis Principijs ac Postulatis.

Pro quibus Lectorem admonitum volo primo, ubi nominantur simpliciter gravia, plerumq; eorum nomine intelligere nos posse, omnem quæ gravitatem suscipit quantitatem, sive gravitas re ipsa ei insit, ut in corporibus, sive per intellectum tantum, ut superius de lineis, ac superficiebus diximus; ita tamen ut inter se comparari possint, proprie loquendo, gravia tantum ejusdem speciei, non autem etiam diversæ lineæ videlicet cum superficiebus, & hæc cum solidis, qua de re fusius infra ad Postulata Archimedæa.

Secundo cum quantitas re ipsa, ut est materiata in corporibus, constet ex partibus vel homogenijs vel heterogenijs, vel ita constare intelligi possit, ut in superficiebus, & lineis; in quibusdam nobis liberum erit intelligere vel has vel illas, in alijs vero omnino ad homogeneas adstringemur. Libertas hæc dabitur fere semper, quando plura inter se comparantur gravia, figure ac extencionis plerumque indeterminatae, in quibus gravitatis centrum notum ac inventum supponitur, atq; ex eo suspenduntur; vt fit in Postulatis primo, secundo, tertio, quarto & octavo. Adimitur autem, atq; ad partes tantum homogeneas compellit, quando de una tantum sermo est; vel de pluribus, ijsq; in specie, seu figura, ac magnitudine determinatis, cuius, vel quarum Centrum gravitatis inquitur, aliave proprietas consideratur, vt patebit Postulatum quintum & sextum concomplanti. Quomodo enim certa & univeralis daretur regula, quando figura, exempli gratia, superficialis quadrata, cui centrum gravitatis assignandum sit, non uniformiter supponeretur, quo ad gravitatem, extendi; sed partes quædam æquales, quoad extencionem, & magnitudinem, eaq; incertæ, aliæ alijs graviores essent? His ergo præmissis rem ipsam aggredimur.

CA

CAPUT II.


DE PRINCIPIIS VNIVERSALIBUS ad Tractatum de Centro Gravitatis spectantibus.

DO SITIS eorum de quibus tractare constituerunt Geometrae, certis definitionibus, mox subjungere illis solent, si opus fuerit, Principia alias, quae ipsis Postulata sive Petitiones vocantur, & tales quidem, quae ab omnibus, modo lumine utantur natura, concedi ultiro consueverunt; deinde etiam Axiomata, seu Communnes animj notiones, immo & Suppositiones: quibus Principijs cum nos vel ad propositum nostrum aliquo modo indigeamus, vel ipse, ut in medium proferantur, requirat doctrina ordo: Sufficiant autem ea que ab alijs tradita jam sunt, ne actum agere videamur, saltem quoad ipsa, prout nude proponuntur, Principia, nova alia, aut alio modo, proponere noluimus. Placet ergo imprimis Postulata Archimedis ex libro primo aequiponderantium, prout à Guid-Vbaldo recensentur, ceteris, ut conuenit, premittere, deinde ipsis met Guid-Vbaldi tria Axiomata, cum unica ejusdem Suppositione adycere; deniq; ipsas Archimedeaes Propositiones hic spectantes subjungere. Histe autem, & maxime ijs qua proprie ad nostrum institutum faciunt, proprias adjungemus Notas.

POSTVLATVM. I.

Gravia aequalia ex aequalibus distantijs aequiponderare.

SINT gravia duo aequalia *A* & *B*, ex eorum Centris gravitatis *E* & *F*, in linea recta *EF*, ita suspensa ut distantiae, *EC*, *CF* sint inter se aequales. Postulatur vt intelligatur ea hoc modo, & quovis situ, aequi ponderare; id nichil quod ex natura centri gravitatis, vt ex ejus constat definitionibus, cuius tanquam utriusque gravis communis, punctum *G* vicem gerit necesse est evenire. Ut pluribus hoc loco ostendit Guid-Vbaldus.



2. Quando vero dicitur *Gravia aequalia*, si aequalitas intelligitur de gravitate, prout ipsa absolute per se sola sumi posse videatur, sine ullo ordine ad extensionem, rursum sequeretur lineam aliquam posse esse aequa gravem alicui superficie, & hæ utraq; sive scorsim, sive simul sumptæ, alicui corpori. Sequeretur etiam idem corpus sc. ipso & levius, & gravius esse posse, nulla accedente per qualitates quantitatis mutatione. Esto enim cubus aliquis secundum eorum sententiam, qui indivisibilia actu existere (etiam in corpore) negant, sed corpus terminari negativè, nimurum per non ultra extensionem afferunt, talis cubus suo certe constabit pondere; accedent jam sex

sex quadratæ superficies, cum 24. lineis, à Physico alio, qui & lineas & superficies nobis ultro concesserit, acceptæ; quæ cum & ipsæ nobis ponderosæ sint, priorique addantur corpori: pondus ergo additum ponderi, plus gravitat. Quare cubus iste per hanc accessionem neque major neq; minor effectus, plus ponderabit quam ante, idest, se ipso.

3. *Quia tamen, vt post dicemus, hoc nullo modo fieri potest, vt nimirum, gravitas in proposito nostro ab extenso, cui quomodo cunque inesse dicatur, separetur; id circa etiæ qualitas hic sumatur penes gravitatem, id tamen sit in ordine ad quantitatem extensem, cui gravitas inesse dicitur; ac proinde quamvis Postularum omni conveniat quantitatis speciei, ad eandem tamen eamque certam restringendum est; non autem ad ejusdem, sub ea quantitate, magnitudines, seu formas magnitudinum. Dico, si res agitur de gravitate linearum, restringitur Postulatum quidem ad gravitatem tantum, quam lineis inesse supponimus, non tamen ad eandem speciem linearum, ad rectas scilicet tantum, vel mixtas; sed duæ lineæ vocari poterunt æque graves, seu cum Archimede aqua- lia gravia, etiam si altera sit curva, & altera recta.*

I I.

Æqualia vero gravia ex inequalibus distantijs non æque-ponderare, sed præponderare ad grave ex majori distantia.

Hoc ex præcedenti adeo clarum est, ut verbis non indigeat. Omni etiam quemadmodum Postularum præcedens, speciei quantitatis convenit, si magnitudines ejusdem speciei tantum, inter se conferantur.

I I I.

Gravibus ex aliquibus distantijs æque ponderantibus, si alteri gravium aliquid adiiciatur, non æque ponderare; sed ad gra- ve, cui adjectum fuit, deorsum ferri.

Ad istud aliquid tam in hoc quam in sequenti Postulato subintellige: quod *grave sit*: & illud grave sit sub eadem quantitatis specie (nam etiam hoc postulatum ad omnem quantitatis speciem se extendit) aliter adiectio ista fieri non posset. Nam etiamsi milliones linearum alicui superficie, aut corpori adiiciam, nulla tamen sit inde vera compositio vel augmentum, quantitatis illius cui adiicitur: neque corpus hoc, cui lineæ aut superficies adiiciuntur, inde fieri majus aut magis extenditur, & consequenter neq; gravius evadit. Linea tamen lineæ adiecta, majorem in longitudine facere potest extensionem, quomodo cunque tandem extendatur sive in rectum, sive in transversum, sive in curvum, sive mixtum, &c. Et superficies addita superficie, auget eam cui adiicitur, modo ita adiiciatur, vt & extensio augeatur, tunc enim augetur etiam ipsius gravitas. Ac proinde etiam in hisce illibata servanda est *lex homoge- neorum*. Admittitur tamen aliqua saltem diversarum sp̄ecierum compositio, vt infra dicemus, ad quartam hujus capituli Propositionem.

2. Ad-

2. Admittitur aliqua etiam ejusdem speciei auctio gravitatis, sine augmen-
to extensionis, quando nimirum aliquæ, vel superficies, immo etiam aliqua
corpora, simul, ut mox dicemus, posita, secundum multitudinem seu nume-
rum accipiuntur. In hoc casu enim multiplicatur quidem gravitas, non autem
extensio inde augetur. Vocari autem potest hæc quantitatis simul positio;
Penetratio, Superimpositio, Coaptatio, Adaptatio, Congruentia, Conven-
tientia, Simultanea multiplicatio &c. Atque de hac habemus Principium in Ele-
mentis, quod inter Axiomata initio Elementorum Euclidis octavo loco ponitur,
quod sic habet. *Quæ sibi mutuo congruunt, ea inter se sunt aequalia.* Apud nos
quidem non necessario requiritur ista aequalitas eorum, quæ dicuntur se pene-
trare, sibi superimponi &c. Sed potest minor quantitas esse simul cum majo-
re, fluenter excellere extensionis penes majorē. Requiritur autem necessa-
rio ut ista congruentia sit inter ea, quæ sunt ejusdem speciei, & quantitatis &
magnitudinum, hoc est, linea recta cum linea recta, superficie plana cum pla-
na alia. In corporib[us] tamen, ubi aequalitas non requiritur, non est habenda ra-
tio speciei magnitudinis, sed cubus penetrare potest sphæram, & contra.

3. Quamvis autem quando duæ aut plures rectæ lineæ aequalis, aut planæ su-
perficies & aequalis & similes, quoad figuram, altera alteri superponatur suo mo-
do etiam fiat penetratio, ita ut utræque vel plures coalecant quāli in unam
possunt tamen tales quantitates revera sumi ut plures, quæ sint immediate si-
mul. De hisq[ue] quidem res manifesta est: Nam si basis seu quadrata superficies
unius quāli superponatur basi alterius quib[us] aequalis, ita ut sibi mutuo congrue-
ant, clarum est nullam factam esse neque quoad lineas, neque quoad superfici-
es ulteriorem extensionē, & tamen re ipsa sunt, dici, ac surbi possunt, ut duæ su-
perficies, & octo lineæ; ac proinde is q[uod]i gravitatena lineis ac superficiebus con-
cedere etiam debet, ut gravitas unius basis, quæ quatuor lineis conti-
netur, duplicetur. Exemplum hujus penetrationis & multiplicationis quo ad
gravitatem, sine ulteriori extensione, in lineis, in ordine ad inquisitionem centri
gravitatis earum, in rectis quidem & aequalibus, habemus infra capite 4. pro-
positione 8. seu ultima; in circularibus autem & inequalibus lineis, in Scholio
propositionis 4. capituli 5. Alia pro superficiebus aut corporibus idcirco ob-
missimus, quod utrum hujus modum plene perspectum habeamus, eamque obi-
ter hoc loco indicasse satis esse judicaverimus.


I V.

*Similiter autem, si ad altero gravium auferatur aliiquid,
non aequponderare; verum ad grave, à quo nil ablatum est,
deorsum tendere.*

HAC ex præcedenti clara sint.

V.

*Aequalibus, similibusq[ue] figuris planis inter se coaptatis;
centra quoq[ue] gravitatum inter se coaptari oportet.* Sint



Sint duæ planæ superficies, exempli gratia, triangulae ABC, DEF , quarum centra gravitatis sint puncta G & H , intelligantur [juxta axioma 3. libri 1. Euclidis] altera alteri superponi; sequitur eas in unam coalescere superficiem

planam, atque adeo idem punctum utriusque fore centrum gravitatis; G videlicet & H in unum etiam coalescere possunt. Idem etiam verum est, non solum in superficiebus planis, sed in quibusvis alijs æqualibus & similibus, puncta curvis vel diversimode angulatis: Ita ut similitudo non tantum adstringatur ad superficiem terminos, sed etiam ad ejusdem extensionem, ita ut postulato addatur similiter extensis, ea enim eodem modo sibi coaptare in unum coalescunt, ut de duabus æqualibus superficiebus hemisphæricis quilibet sibi poterit imaginari.

Verum etiam est universaliter in quibusvis lineis æqualibus, & similibus in eodem plano sitis, illæ enim eodem modo juxta dictum axioma sibi mutuo superimponi possunt, atque in unum quasi coalescere, & quia hoc fieri in corporibus etiam potest, idcirco hoc Postulatum ad omnem etiam quantitatis speciem se extendit, modo omissis vocabulis figuris planis, substituatur magnitudinibus, & Postulatum sic proponatur.

Æqualibus, similibusque similiterq; extensis magnitudinibus inter se coaptatis, centra quoque gravitatis eorundem inter se coaptari oportet.

V. I.

Inequalium autem; sed similiūm centra gravitatum esse similiter posita.

Postulatum hoc triaz convenientis speciei quantitatis continuæ, lineis scilicet, superficiebus, & solidis. Positionis vero punctorum similitudinem Archimedes sic definit.

V. I. I.

Dicimus quidem puncta in similibus figuris esse similiter posita, à quibus ad aequales angulos ductæ rectæ linea, cum homologis lateribus aequales efficiunt.

Similitudinem rectilinearum figurarum Euclid. [lib. 6. def. 1.] sic determinat, quæ & angulos singulos singulis aequales habeant, & latera quæ circum aequales angulos proportionalia. De solidis vero [def. 9. lib. II.] sic habet: Similes solidæ figuræ sunt, quæ similibus planis continentur, multitudine æqualibus. Constat autem etiam Archimedem de hisce tantum figuris loqui, de quibus Euclides, cum & ipse laterum atque angulorum mentionem faciat: Et licet Postulatum intelligi commodè possit tam de planis, quam de solidis, imo extendi etiam ad lineas

lineas; & quod plus est, similitudinis definitio ampliari ita ut non angulatis tantum dicatur figuris convenire; sed quibusvis similiter extensis; non enim ovum, ut ajunt, ouo similius, quam circulus circulo, sphæraque sphæra: verum quia parum ad nostrum videtur facere insitum, plura non addimus.

V I I I.

*Si magnitudines ex aliquibus distantijs æqueponderant,
Et ipsis æquales ex ijsdem distantijs æqueponderabunt.*

FACILIUS ab incipiente hoc Postulatum admittetur, si de æqualibus tantum distantijs proponatur: Sublati enim prioribus magnitudinibus, & alijs ijsdem æqualibus substitutis, per conversum primum postulatum, quæ est Archimedis prima propositio, & ipsæ æquales erunt, & per ipsum Postulatum æqueponderabunt. Sed Universaliter ab Archimedœ proponitur de quibusvis distantijs, siue æqualibus, sive inæqualibus. Vocabula autem *ipsæ æquales* oportet referre non ad magnitudines, sed ad gravitates; nam Postulatum ad omnem etiam se extendit speciem quantitatis, & sub eadem, omnibus obnino convenit magnitudinibus, quomodounque inter se sumptis.

2. Quare nullo modo audiendi sunt illi, qui putant huic Postulato subesse *Tautologiam*, cum enim æqualitas æqueponderantium sumatur, ut diximus, pesnes pondus seu gravitatem, magnitudines interim æqueponderantes possunt esse diversæ, & curva linea æqueponderare rectæ, triangulum quadratæ, sphæra cubo, &c. et sic altera alteri substitui. Constat ergo non esse hic viatione inditatis: vt interim nihil dicam de diversâ materia, sphæra scilicet lignea, & cubo metallino, quæ corpora æquepondentur, & homogeneis ex alia materia substitui queunt. Usus certe hujus Postulati, qui apparebit infra ad septimam hujus capituli propositionem, omnem tolleret dubitationem ac difficultatem.

3. Erit autem usus hujus postulati ad huc amplior, si id sic proponatur.

Si magnitudines ex aliquibus distantijs æqueponderant, & ipsis æquales in proportione, ex ijsdem distantijs æqueponderabunt.

Et sic hoc principium universalissime propositum est, cui facile etiam assensum præbebit is qui Archimedis Postulatum admittit, & quid sit proportio intelligit; æqualitatem enim quam Archimedes astringit ad gravia, nos extendimus ad proportionem gravium; ita vt si duo gravia, alterum, exempli causa, octo librarum, alterum vero quatuor, ex aliquibus distantijs æqueponderant, ex vi hujus principij seu postulati; ex ijsdem distantijs æqueponderante dicantur alia duo gravia, etiamsi non sint prioribus æqualia in pondere seu gravitate, eandem tamen inter se, quam priora, pondera habent proportionem, qualia in nostro exemplo sunt duo gravia, quorum unius gravitas sit duarum librarum, alterum unius. Nam si gravi majori ex prioribus, quod est quatuor librarum, tantum addatur in gravitate, quantum ipsum est, id est, alias quatuor libras, erit inter ipsa gravia æqualitas, utrobiq; scilicet pondus octo librarum; & sic ex primo postulato ex æequalibus distantijs æqueponde-

ponderabunt. Idem plane accidit posterioribus gravibus, si enim minor, quod est unius librae, addatur tantum quantum ipsum est, efficiuntur etiam duæ librae, &c.

I X.

Omnis figura, cuius perimeter sit ad eandem partem concavus, Centrum gravitatis intra figuram esse oportet.

Quomodo hoc Postulatum intelligendum, & quæ figuræ ad eandem partem dicantur concavæ, vide Guid-Vbaldu[m] hoc loco; ex quo sequentia, axiomata, seu, ut ipse vocat, *Communes Notiones*, ex tractatu de libra, mutuata, hisce Archimedæis principijs adjungere placuit.

X.

Si ab aequa[re]ponderantibus aequa[re]ponderantia auferuntur, reliqua aequa[re]ponderabunt.

X I.

Si aequa[re]ponderantibus aequa[re]ponderantia adiiciantur, tota simul aequa[re]ponderabunt.

X II.

Quæ eidem aequa[re]ponderant, inter se aequa sunt gravia.

Sed & hæc tria axiomata omni competit speciei quantitatis continuæ, omnibusq; sub eadem specie magnitudinibus, quomodo cunque inter se sumantur.

X III.

Unius magnitudinis finite, unum tantum est centrum gravitatis.

Quod ipsum à Guid-Vbaldo supponitur. His autem ita premissis institutum prosequamur ordinem.

Sequuntur ergo Propositiones, ex eodem libro primo Archimedæ de aequa[re]ponderantibus, ejusque Commentatore Guid-Vbaldo desumptæ.

P R O P O S I T I O I.

Gravia qua ex aequalibus distantijs aequa[re]ponderant, aequalia sunt.

Pro-

Proposito hæc convertit unam Postulati primi partem; ibi enim ex gravibus, & distantijs æqualibus deductum est æquilibrium, hic ex æquilibrio, & æqualibus distantijs arguitur æqualitas gravium.

Altera pars sic convertitur: *Gravia aequalia quæ aqueponderant, ex æqualibus etiam distantijs sunt appensa.* quod clarum est: si enim distantias essent inæquales, pugnaret id cum secundo Postulato.

Cæterum hæc propositio universalis est, & ad omnes quantitatris species sese extendit, juxta supra dicta. Aequalitas autem gravium consistit in gravitate, licet interdum etiam magnitudini conveniat. Quæ duo etiam de duabus proxime sequentibus propositionibus dicta volo.

PROPOSITION I.

Inæqualia gravia ex æqualibus distantijs, non aqueponderabunt, sed preponderabit ad majus.

PROPOSITION II.

Inæqualia gravia ex distantijs inæqualibus aqueponderabunt, majus quidem ex minori.


QUAMVIS hic in genere afferatur, gravia inæqualia non posse, nisi ex inæqualibus distantijs, aqueponderare, quod verissimum quidem est: non licet tamen hinc in specie argumentari, ad quasvis inæquales distantias, quæ infinitæ sunt; cum propositio de vnica tantum inæqualitatis proportione, verificari possit; quæ autem illa sit, propositionibus sexta & septima demonstratur.

PROPOSITION IV.

Si due magnitudines æquales non idem Centrum gravitatis habuerint, magnitudinis ex utrisque magnitudinibus composite, centrum gravitatis erit medium rectæ linea, gravitatis Centra magnitudinum conjungentis.

Propositionis hujus, cum univer-
salis sit, omniq; conveniens quantitatis speciei, atque ad propositum nostrum proprius accedat, demon-
strationem Archimedis ex Guid-Valdo huc transferemus, quæ sic se habet:

Sit quidem punctum *A* Centrum gravitatis magnitudinis *A*; & punctum *B*, Centrum gravitatis magnitudinis *B*, puncta jungens *AB* bisariam di-
vidatur in *C*. Dico magnitudinis ex utrisque magnitudinibus composite, Cen-
trum gravitatis esse punctum *C*. Si enim non; sic utrarumque magnitudinum *A* & *B*, Centrum gravitatis punctum *D*, si fieri potest. Quod autem sit in-



linea AB præostensum est. Quoniam igitur punctum D Centrum est gravitatis magnitudinis ex A & B compositæ, suspenso puncto D , æqueponderabunt. Magnitudines igitur A , B æquales, æqueponderant ex distantijs AD , DB inæqualibus existentibus, quod fieri non potest. Aequalia enim gravia ex distantijs inæqualibus non æqueponderant. Non est igitur D , ipsarum magnitudinum Centrum gravitatis. Quod cum de quovis alio puncto, præter C , fieri possit, manifestum est punctum C centrum esse gravitatis magnitudinis ex A , B compositæ. Quod erat demonstrandum.

S C H O L I V M .

Non autem præterreundum est Archimedem hic quantitates diversæ speciei saltem aliquomodo componere. Enimvero cum magnitudines A & B tam solidæ, quam superficies esse possint, eas tamen per rectam AB conjunctas, ut unam sumit, atque ad eos per lineam AB componit; Cuius compositæ magnitudinis pars est ipsa linea AB , atq; hujus Totius centrum gravitatis invenire ipse docet.

Et quia magnitudo sic composita, ab Archimedè confederatur ut gravis est (de illius enim disputat Centro gravitatis) manifestum est nos nihil contra Archimedem macinari, qui lineis gravitatem attribuimus.

Quod vero Archimedes dicit se præostendisse, Centrum gravitatis necessario in linea AB , Centra gravitatis utriusque magnitudinis conjugente, existere; qualiter verum sit, vide hoc loco in expositione Guidi-Vbaldi, quam ex præmissis ab Archimedè id necessario deducit. Nos vero hoc ipsum ponimus hujus propositionis.

C O R O L L A R I V M . I .

DUARUM quarumvis magnitudinum ejusdem speciei quantitatis, Centrum gravitatis commune, existit in linea recta, centra gravitatis utriusq; magnitudinis seorsim sumptæ conne&ente.

C O R O L L A R I V M . I I .

Patet etiam solidis & superficiebus, solidis item & lineis, superficiebus etiam, & lineis simul, commune dari non posse Centrum gravitatis. Esto enim magnitudines diversæ speciei quodammodo per lineam rectam componi possint, & vt una sumi magnitudo, vt paulo ante diximus, non possunt tamen ullo modo dici æquales, ac proinde compositæ magnitudinis cum Archimedè assignare non poterimus Centrum commune gravitatis.

C O R O L L A R I V M . I I I .

Sequitur etiam non solum lineas sumi posse ut graves, suaque habere gravitatis Centra, sed etiam cujusvis lineæ rectæ finitæ Centrum gravitatis, in medio ipsius consistere. Ablatis enim à linea AB , gravibus A & B æqueponderantibus, quæ relinquuntur æqueponderabunt. At relinquuntur lineæ AC , CB æquales, hoc est, tota recta AB . Ergo ex puncto C suspensa æqueponderabit, atque in quovis situ manebit; quæ est definitio Centri gravitatis.

P R O -

PROPOSITIO V.

Si trium magnitudinum Centra gravitatis in recta linea fuerint posita, & magnitudines aqualem habuerint gravitatem, ac rectae linea inter Centra fuerint aequales, magnitudinis ex omnibus magnitudinibus composita Centrum gravitatis erit punctum, quod & ipsarum media Centrum gravitatis existit.

Sed & hec propositio universalis est, & quia per se clara, demonstrationem ejus lubens omitto. Corollaria tamen ipsius, ab ipso Archimede, ut reor, posita, minime omitenda judico.

COROLLARIUM I.

Ex hoc autem manifestum est, si quotcumq; magnitudinum & numero imparium, Centra gravitatis in recta linea constituta fuerint, & magnitudines aqualem habuerint gravitatem, rectaeque linea inter ipsarum Centra fuerint aequales; magnitudinis ex omnibus magnitudinibus composita, Centrum gravitatis esse Punctum, quod & ipsarum media Centrum gravitatis existit.

COROLLARIUM II.

Si vero magnitudines fuerint numero pares, & ipsarum Centra gravitatis in recta linea extiterint, atque magnitudines aqualem habuerint gravitatem, rectaeque linea inter Centra fuerint aequales: magnitudinis ex omnibus magnitudinibus composita, Centrum gravitatis erit medium recta linea, que magnitudinem Centra gravitatis conjungit.

PROPOSITIO VI.

Magnitudines commensurabiles, ex distantijs eandem permutatim proportionem habentibus, ut gravitates, & que ponderantur.

Proprietas hæc quæ in ista, ac sequenti propositione demonstratur, ut est universalis, ita & vere aurea, atque summa in rebus mechanicis tam utilitatis, quam momenti est, sureque merito à Guido Ubaldo præcipuum, ac præstantissimum vocatur Mechanicum fundamentum. Nam & ipse Archimedes propositionem hanc tanti fecit, vt hoc libro eam prius de magnitudinibus commensurabilibus, in sequenti vero de incommensurabilibus demonstraverit, vt jure cum Guido Vbaldo vna eademq; propositio duabus constans partibus, hæc & sequens, dicenda sit. Deinde alio medio usus, libro secundo propositione prima, hanc eandem proprietatem singulariter in ijs sectionibus

conicis, quas parabolas vocant, demonstrat. Altera autem propositionis pars, vel ipsa septima in ordine, sic habet.

P R O P O S I T I O V I I .


Si autem magnitudines fuerint incommensurabiles, similiter aequa ponderabunt ex distantib; permutatim eandem, atque magnitudines, proportionem habentibus.

1. *V* Alde ad propositum nostrum faciunt ea quæ hisce propositionibus subjungit Guido Vbaldis hisce verbis: *In hoc fundamento demonstrando minimo diminutus exitit Archimedes. Nam si ad propositiones ab ipso allatas, præcipueq; ad vim demonstrationum respiciamus, sive magnitudines intelligantur ejusdem speciei, sive diversæ; sive homogeneæ, sive heterogeneæ; sive planæ, sive solidæ; & haec quidem sive rectilineæ, sive quomodocong; mixtae & nihilominus demonstrationes idem prorsus concludent: ita ut Archimedes non de aliquibus magnitudinibus tantum demonstrationes attulerit; sed de omnibus prorsus demonstraverit. In his enim non ad magnitudines tantum, verum ad magnitudinum gravitates potissimum respergit. Hæc ille solum non nominavit lineas, cætera omnia ex voto nostro.*

2. *Quanquam autem res ita se habeant circa harum, quas hic retulimus, binarum propositionum demonstrationes, nos tamen ex sola illa nostra cogitatione, qua lineis gravitatem attribuimus, & ijs quæ præmisimus, utriusque propositionis demonstrationem univeralem, pro quibusvis magnitudinibus, sive illæ commensurabiles sint, sive non, adiuuenimus: facilem quidem eam, brevem, atque cuius quasi obviam, Archimedeæ tamen longiori non absindemus.*

U T R I V S Q U E P R O X I M E P R A E C E-

dentis propositionis, unica Demonstratio.



Sint quæ rectæ lineæ inæquales sive commensurabiles, sive incommensurabiles AB , BC . Dico primo, eas ex distantib; eandem permutatim, atque ipsæ lineæ, proportionem habentibus, aequa ponderare. Connectantur lineæ ita, ut sibi in directum jaceant, atq; unam quasi constituant rectam ABC . Erit autem majoris AB Centrum gravitatis in D , medio videlicet ipsius puncto. [ex Corollario 3 Propos. 4.] Eadem ratione punctum E , in medio rectæ BC consitens, ipsius erit Centrum gravitatis, nec non medium Punctum F , totius compositæ AC , ita ut ambae lineæ AB , BC ex hoc Puncto F suspensaæ aequa ponderent: hoc est enim esse commune utriusque Centrum gravitatis: Ostendendum ergo distantias FD , FE , ex quibus lineæ ex Centris proprijs suspendoruntur.

duncor, esse inter se in ea proportione, qua CB ad BA . Aequales enim sunt DE, FC , quia utraque est medietas totius AC ; FC quidem ex hypothesi seu structura, DE vero quia componitur ex medietatibus DB, BE utriusque partis AB, BC , totius AC . Quare ablata communis FE , manet DF aequalis ipsi EC , hoc est, ipsi BE ; & addita communis FB , fiunt aequales DB, FE . Ergo ut DB ad BE , hoc est, ut AB ad BC ; ita EF ad FD . Quod erat demonstrandum.


DICO Secundo, gravia quaecunque ex distantijs eandem permutatis, atque ipsa gravia, proportionem habentibus aequaeponderare. Ex Postulato namque octavo presumto, quaecunque ipsis lineis AB, BC aequaliter gravia, ex iisdem distantijs aequaeponderant: Atqui quibuscumque gravibus, in quacunque proportione, quoad gravitatem datus, dari possunt lineae eandem habentes proportionem, de quibus idem quod de lineis AB, BC ostensum est, demonstrari potest. Ergo dictis illis lineis amotis, & datis gravibus alijs substitutis, illa ex iisdem distantijs aequaeponderabat. Quod erat demonstrandum.

Quod ut rectius & clarius percipiatur, notandum est lineas AB, BC ex Punctis seu Centris D, E suspensis, ex F aequaeponderare, sive hunc situm habent sive alium, ex definitione Centri gravitatis, quod dictae lineae commune habent, ut diximus in Puncto F . Fingatur quippe DE esse aliam rectam, & AB, BC , circa Centra sua D, E esse circumductas, ut habeant sicum cum, quem ab & bc habent, adhuc aequaeponderabunt. Ergo sublatis omnino lineis ab, bc , & alijs gravibus, cuiuscumque speciei quantitatis, modo sint ejusdem, substitutis, in gravitate cum ipsis lineis amotis aequali proportionem habentibus, quorumque Centra gravitatis sint eadem puncta D, E , adhuc aequaeponderabunt, [ut patet ex eodem octavo Postulato, à nobis universalius proposito.] Constat ergo id quod proposuimus.

PROPOSITIO VIII.

Si ab aliqua magnitudine magnitudo auferatur, qua non habeat idem Centrum cum tota, reliqua magnitudinis Centrum gravitatis est in recta linea, qua conjungit Centra gravitatum totius magnitudinis, & ablata, ad eam partem producita, ubi est Centrum totius magnitudinis, ita ut assumpta aliqua ex producta, qua conjungit Centra predicta, eandem habeat proportionem ad eam, qua est inter Centra, quam habet gravitas magnitudinis ablata, ad gravitatem residue, Centrum erit terminus assumpta.

Sic



Sit alicujus magnitudinis, peripheria^æ nimurum circuli $ABCD$, Centrum gravitatis E , ex qua auseatur segmentum circularis peripheriae BCD , cuius Centrum gravitatis sic F ; in conjuncta ergo FE , ex parte E producta assumatur EG ; quia ad EF , eandem habeat proportionem, quam habet magnitudo BCD , ad BAD : ostendendum est peripheria^æ reliqua BAD , Centrum gravitatis esse Punctum G . Si enim non est, esto aliud quodpfam Punctum H . Quoniam igitur magnitudinis BCD , Centrum gravitatis est Punctum F , magnitudinis vero BAD , est Punctum H , magnitudinis ex utrisque magnitudinibus DAB , BCD , compositæ, hoc est, totius peripheriae $ABCD$, Centrum gravitatis erit [ex precedentibus] in linea FH , ita divisa, vt partes ipsius permutatim eandem habeant proportionem, vt magnitudines. Quare Punctum E totam FH , non dividet in eam proportionem; vt HE ad EF sit, vt magnitudo BCD ad BAD . Nam vt BCD ad BAD , ita facta est GE ad EF ; si igitur secetur recta FH , secundum proportionem ipsius BCD ad BAD , sectionis punctum non erit E ; cum fieri non possit vt GE ad EF , eandem habeat proportionem, quam HE ad eandem EF . Sectionis igitur punctum erit diversum ab E , vt puta punctum I , ita vt HI ad IF sit, vt BCD ad BAD . unde [ex precedentibus] sequitur punctum I Centrum esse gravitatis, magnitudinis ex BAD , DCB compositæ, hoc est, totius peripheriae $ABCD$, quod est absurdum; eum punctum E sit ipsius Centrum. Non ergo aliud Punctum quam G , ipsius BAD centrum gravitatis esse potest. Quod erat ostendendum.

C O R O L L A R I V M.

Ex hac propositione ejusque demonstratione aliquo modo, nec admodum obscure, deduci potest, Centrum gravitatis peripheriarum circuli, existere ex parte cœa. De tota peripheria res per se constat & clara est. De segmentis vero peripheriae in qualib[us] sic colliguntur: Nam si non est ex parte cœa, erit vel in ipsa linea curua, vel extra ad partem conuexam. Sit primo in ipsa linea, & ponatur segmentum minus BCD , esse magnitudinem ablatam à tota peripheria $ABCD$, punctumque C , in ipsa linea situm, ipsius Centrum gravitatis. In producta deinde CE , assumatur aliqua recta EH , ita vt HE ad EC sit, vt peripheria BCD minor seu ablata, ad peripheriam BAD majorē sive residuam; erit [ex propositione bac] punctum H Centrum gravitatis majoris segmenti BAD , & consequenter recta EH , minor ipsa EC semidiametro, atque adeo Centrum gravitatis hujus majoris segmenti, erit interius ex parte cœa. Idem & à fortiori sequitur, si Centrum gravitatis Peripherie minoris BCD ponatur extra; vt est punctum K , tunc enim punctum H adhuc proprius accedit ad E . Sequitur ergo secundum Adversarium, ex hac propositione necessario, (qui ponit centrum minoris peripheria consistere, vel in ipsa linea curua, vel extra ad partem conuexam) alterius & majoris residu peripherie Centrum, consistere intra ex parte concava: quod plane absurdum est. Ob uniformitatem enim curvitatis linearum circularium, & consequenter situm uniformem æqualium momentorum, si unius Centrum gravitatis ex parte cœa est, erit etiam alterius; aut si hujus in ipsa linea, erit etiam alterius, &c. Sed hæc clariss & fusiūs, atque ex professo tractabimus, infra Capite quinto propositione prima.

S C H O-

SCHOOLYIM.

Recte nonet Guido Baldus Punctum H posse intelligi sumptum etiam extra rectam GF, ad litera: sequitur enim idem absurdum. Recte etiam addit Archimedes magnitudinem ablatam, non debere habere idem cum tota Centrum gravitatis: Nam si ex tota superficie circuli ABCD auferetur Corona ABDEMN, erit tamen adhuc idem punctum E Centrum coronae, & circuli ABCD majoris, & minoris LMN, hoc est, totius ablatae, & reliqua magnitudinis.

Atque hoc ex Archimedea de Syntagma, brevibusque nostris Additionibus seu Notis illustrata, ut ad nostrum propositionum abunde hoc loco sufficient; ita etiam ordinem eorum inteturbare noluimus: ob praeceps quibus fortasse non indigebimus, que que idcirca omittenda fuisse quispiam judicare potuisset. Reliquas vero propositiones duabus primis Archimedis Aequoponderantium libris, duabus tantum undecima scilicet & duodecima exceptis, inveneries infra Capite octavo.

A P U T I I.

DE C E N T R O G R A V I tatis Pundorum, ac Linearum rectarum.

Multum quantitas non sit, sed signum abiquid, certius, atque principium illius, omnis magnitudinis sive extensoris omnino expressum. Nam, nec in ceteris facimus, id quodcummodo ut grave considerare libet, erit ipsum sui ipsius Cenorum; prates quod nihil supererit quod gravitatem indicat. Quare cum de magnitudine extensis nihil nobis remaneat, ad multitudinem sporum punctorum, positionem, quedamque illoram intervalla, quibus disjuncta sunt, conferre nos oportet. Sed fortassis non cerebit speculator haec usus ab utilitate; ad plenitudinem certe ac perfectionem videtur spectare Divina, suaque non deficiere erit jacunditate. Hod Capite ergo trattabimus de Centro gravitatis punctorum prout termini sunt linearum; deinde de Centro gravitatis linearum rectarum, propter ipsa per se, non autem ut termini superficie um sumuntur.

P R O P O S I T I O N

*Plutonium Russorum Centrum gravitatis communis affig-
nare.*

DE unico puncto jam diximus. Plura autem puncta ratione positionis, ac intervalli solum, quo à se certò modo disiunguntur, ag numeri multitudinis, utr praemissus, in considerationem veniunt. Oportet ergo inter valla illorum ad unam eandemque reducere rectam lineam, & ad illam quidem, que duo quævis puncta ex propriebus conjugit, eamque si opus fuerit produc tam, & resiliat, non possit, ut videtur, deinde utrumque separari.

vallum metitur, Problemati satisfit per propositionem proxime sequentem. Junctis namque duobus datis punctis, unicam habemus lineam rectam, cuius centrum est etiam binorum punctorum centrum; neque aliud, servata Analogia, præter dictum affligari poterit. Quod erat faciendum.

2. Si si trium punctorum coniungere contum exhibere voluntus, verbi gratia, punctorunt A, B, C in triangulo constitutorum. Junctis primo C & B punctis, per rectam CB, ita ea abscedatur recta CB, ipsi C aequalis, ita ut punctum D sic loco puncti A. Erit ergo, per dicta, medium punctum E, inter D & B centrum commune binorum punctorum B & D. Intervallum porro sive recta EC, ita dividatur in F, ut sit CF ad FE, sicut multitudo punctorum, quorum Centrum est E, quæ sunt duo, ad punctum C reliquum, quod est unum. Dico F punctum Centrum esse gravitatis analogum, commune trium datorum punctorum.

Enimvero, cum puncta ipsa puma pumaque Centra sint, atque adeo sed; per ullam etiam imaginationem, gravitatem suscipere possint, nil inter est, quod hoc vel illud, aliquo modo summa curaverit. A translatum sit in D, modo justum suum servaverit intervallum, saltem ab assumpto puncto C. Deinde binorum punctorum D & B, aliud, præter Eccentri esse non posse, supra cibosum est. Cum ergo [justa Propos: 6. et 7. Capitu precedentis], si puncta propria bebare aliquam, gravitatem possent, fieri deberet ut gravitas D & B, sicut ad gravitatem C, ita CF ad FE, sicutque F commune gravitatis ceterorum: puncta vero proposita, gravitate omni destituta, præter numerum nihil nobis reliquam, per analogiam fecimus, sicut numerus punctorum D & B, qui est binarius ad numerum sed unitas C, ita CF ad FE. Quare F centrum erit gravitatis communis trium datorum punctorum, saltem analogum. Quod erat faciendum.

3. Si jungatur B & A, atque ex producenda absindatur BD, aequalis ipsi BC, vicemq; ipsius C, punctum D obtineat. accepto præterea puncto E medio inter A & D, & divisa, ut ante, recta BE in F, ita ut BF ad FE sit, ut 2 ad 1, erit F centrum gravitatis quasitum. Quod quidem aliter à B distat quam ante à C; eo quod hic puncta D & F, aliter etiam distent ab eodem B, quam ante à C.

4. Quod si tektio jungatur B & A, atque ex producenda absindatur BD, aequalis ipsi BC, vicemq; ipsius C, punctum D obtineat. accepto præterea puncto E medio inter A & D, & divisa, ut ante, recta BE in F, ita ut BF ad FE sit, ut 2 ad 1, erit F centrum gravitatis quasitum. Quod quidem aliter à B distat quam ante à C; eo quod hic puncta D & F, aliter etiam distent ab eodem B, quam ante à C.

Sunt iam [in sequenti] Figura, quatuor puncta utrumq; sua distancias illorum reducuntur ad eandem rem tam A & D, ut sint A, B, C, D. Binorum utrinque extremorum punctorum, A, B, videlicet C & D, inveniantur primum ex dictis Centra gravitatis B & C, dabo bisecta EF in G punctum, quod erit centrum gravitatis quasitum. Utrinque enim idem est numerus punctorum, bina scilicet & bina. nulli. Si si fuerint puncta quinque A, B, C, D, & E, deducta ad rectam HA, trahentur primo, ut iam diximus, quatuor punctorum contraria G. Deinde

de fiat ut 4 ad 1 (propter 4 puncta A, B, C, D, & unum H) ita HI ad IG. Erit I centrum quæsitum. Et sic de reliquis.

SCHOOLM.

Cognitus in eadem recta, atq; ab eodem punto reliquorum punctorum intervallis, in numeris, distantia centri quæsti ab eodem punto unde intervalla numerantur, facilissime habebitur. Exempli causa in proximo de quinque punctis exemplo, isto HA 20, HB 18, HC 12, HD 8, divisi que AB, CD bifariam in E, & F, erit HE 19, HF 10, & bisecta EF, qua est 9, in G, erit HG 14 cum dimidio. Quare si fiat ut 5, (hoc est quatuor puncta A, B, C, D, & unicum H simul) ad 4 (ut habeamus majus segmentum) ita tota HG, ad HI, hoc est, 14 cum dimidio ad II cum tribus quintis. Erit HI 12 cum tribus quintis; & punctum I centrum quod queritur.

A. Quod si plurimum datorum punctorum, quorum commune gravitatis centrum inquiritur, positio stabilis servanda sit, id eodem prorsus modo invenitur quo centrum plurium rectarum, vel etiam perimetri cuiusvis figurae rectilineæ, qua de re infra [cap. 4.] tractabimus. In illis enim figuris puncta angularia ponentur esse puncta data, quorum communne petitur centrum, erique illud idem quod perimetri; nisi multitudo, & diverse positiones punctorum aliud suadeant. Sed de his commodius forssis alio in loco verba faciemus.

PROPOSITIO II.


Date rectæ lineæ centrum gravitatis invenire.

In hoc & sequentibus Problematis, quando nobis sermo de lineis est, finitas semper intelligimus, quod semel monuisse sufficit. Data ergo recta ex propos. 10. libi 1. Elementorum]. Se- vetur bifariam, eritque punctum sectionis centrum quæsitum [ex corol. 3. propositione 4. capituli precedentis]. Quod erat faciendum.

PROPOSITIO III.

Binarum rectarum communne centrum gravitatis reperi.

Sint datæ rectæ AB, CD quomodo cunq; ad invicem sitæ, oportet communne illarum centrum gravitatis invenire. Inveniantur ex praecedenti illarum centra seorsim, quæ sint E & F, junganturque per rectam EF, quæ [ex problemate & scholij Claviani propositionis 10. lib. 6. Elementorum] secetur in G, ita ut EG, sic ad GF, vt contra CD ad AB, erigatur punctum G centrum quæsitum [ex propos. 6. vel 7. cap. praecedentis]. Quod erat faciendum.



Problematis hujus varijs esse casus possunt, quos recensere operæ precium non est, omnibus enim & singulis unica satis facit Regula. Expedit tamen aliquando compendij facilitatisque causa, præstidum in praxi, pro singularibus casibus, singulares adhibere regulas; qualis fortassis exempli gratia, effe posset, si data rectæ angulum constituerent, ut hic rectæ AB, BC, quarum centra DE, per rectam DE juncta; diviso enim angulo DBE bisariam per rectam BF, accipiatur EG æqualis ipsi DF, erit punctum G centrum questum. Est enim [per 3. sexti] DF ad FE, ut BD ad BE, hoc est, ut BA ad BC. Ergo translatu DF ex E in G, proportio est permutata, atque adeo G centrum commune rectarum AB, BC. Atq. tales aliae particulares Regule afferri possent. Verum quia totus hic primus liber in ordine ad aliud institutus est, ubi res etiam numeris applicari commodiissime potest, rectius regula utemur universali; per quam si fiat in proximo exemplo, ut data rectæ AB, BC simul ad alterutram, verbi gratia ad AB, ita DE ad aliam, erit ea segmentum EG; quod per unicam Regule aureæ operationem consequemur, ac proinde questum centrum G facilissime etiam dabimus. Facebit vero aliquando negotium operanti in numeris, inventio quantitatis ejus qua centra conjungit; qua de re hic non est dicendi locus.

PROPOSITIO IV.

Plurium rectarum linearum commune centrum gravitatis invenire:

Singularium linearum centris seorsim inventis, assignetur [per precedens & problema] binarum quarumque centrum gravitatis commune: Hoc centrum sit tandem unius linea centrum, & copuletur per rectam cum centro tertie linearis; in qua recta [per idem Problema] habebitur centrum commune trium linearum: Hoc cursus instar unius linearis centrum acceptum, in recta, quæ id cum centro quartæ linearis conjungit, [per idem problema] habebitur centrum gravitatis quatuor linearis commune. & sic deinceps. Vel copulentur binæ & binæ, deinde binæ copulæ, &c.

COROLLARIUM.

Manifestum autem hinc est, Regulam hanc inveniendi centrum gravitatis pluribus linearis commune, locum habere non solum in rectis, sed & in curvis, & ex his mixtis; modo prius dentur Centra particularia linearum. Immo hoc posito eandem Regulam esse communem omnibus perimetris, quarumlibet figuratum planarum, ut per eam centrum investigetur gravitatis, ut patet.

SCHOOLIVM.

Plures multo ad magis diversos, quam precedens, hoc problema casus suscipit, quorum


quorum multi sunt qui, longe elegantiorem admissunt constructionem, quam sit tradita; nos unam duximus, dignam tamen que inter propositiones locum suum obtineat.


P R O P O S I T I O V.

Linearum rectarum aequalium, & numero pariter pariū, peripheria circularis segmenti ordine continuo inscriptarum, vel etiam circumscriptarum, communū centrum gravitatis invenire.

Sic segmentum circularis, peripheria serpicirculari vel majori, vel minus, veletiam aequale BCD , cujus vertex C , subtenSA, sive basis extrema conjugēs, BC . Centrū ex quo peripheria descripta, punctum A . Huic segmento inscriptasint ordine rectæ aequales $BE, EF, FG, GC, CH, HI, IK, KD$, numero scilicet pariter pares, octo in exemplo nostro. Oportet communū centrum gravitatis illarum reperire.

Bisecta primo altera, quæ ad extremitatem peripheria, sive basim segmenti consistit, quam primam, vocabimus, educantur ex centro circuli radij ad terminos primæ, secundæ, quartæ, octavæ, & si plures essent, decimæ sexæ, trigesimalæ secundæ, & sic deinceps in progressionē dupla, usq; ad segmenti verticem. Deinde à me-





perpendiculare MN ad radium AI ; & denique ex puncto N alia perpendiculari NO , ad radium AC ; qui cum sit verticalis in eo sicutur, eritque punctum eius O , centrum gravitatis commune octo linearum $DK, KI, IH, HC, CG, GF, FE, EB$. Quod sic ostenditur.

Rectis quatuor DK, KI, IH, HC propositis bisectis in punctis L, P, Q, R , bina quaque proxima puncta, ut puta $L & P, Q & R$, rectis nectantur LP, QR , quae cum biscentur a radiis AK, AH , in punctis $M & S$, erunt hæc puncta [ex secunda hujus,] centra communia gravitatis rectarum DK , & KI, IH & HC . Quod autem LP & QR , biscentur a radiis AK, AH patet: triangula enim PMK, LMK , cum angulis ad K æquales habeant, (sunt enim ad bases æqualium triangulorum isoscelium ADK, AIK) habeantque & latera

& latera PK, KL , ex constructione æqualia, sitque KM commune, erunt [per 4. primi Elementorum] & PM, ML æqualia. Quod idem eodem modo ostendetur in triangulis RSH, QSH , de latribus RS, SQ . Punctum demique M hic inventum, idem est cum puncto M supra inventum; hoc est, perpendicularē LM , productam incidere in punctum P , ex iisdem colligitur triangulis PMK, LMK , in quibus cursus, ut ante, anguli ad K æquales sunt; sicuti & anguli ad M , quippe rectus vtrorū; & latus MK commune; erit [ex 26. primi] latus PK æquale lateri KL ; sed KL supra accepta, medietas ipsius KD , ergo KP , etiam medietas est ipsius IK ; cum IK, KD æquales sint ex hypothesi.

Jungantur jam puncta S & M , per rectam SM , erit N punctum ipsius medium, centrum commune gravitatis quatuor rectarum DK, KI, IH, HC [ex præcedenti]. Esse autem N punctum medium ipsius SM , patet ex triangulis SAN, MAN , in quibus latera SA, MA æqualia sunt [ex æqualibus enim radiis AH, AR æquales HS, KM , deinceps sunt] & latus AN commune, anguli etiam contingui ad A similes æquales, erunt [ex 4. primi] SN, NM æquales. Punctum vero N hic inventum, esse idem cum puncto N superius habito, constat ex angulis ANM, ANS , sunt enim æquales, & sibi deinceps, atq; adeo recti; sed & superius MN ducta est perpendicularis ad AI . Ergo &c.

Eodem proposito modo ex altera parte inveniatur punctum T , centrum gravitatis commune quatuor rectarum BE, EF, FG, GC . Observare iunctis centrī T & N per rectam TN , erit ex præcedentibus O , punctum medium ipsius TN , quartum commune gravitatis octo rectarum ratio propositarum $DK, KI, IH, HC, GG, GF, FE, EB$. Esse autem punctum O & medium ipsius TN , & idem dum eo quod per perpendicularē NO supra inventum est, eodem modo ex triangulis ATO, ANO ostendi potest, prout ante de puncto N ostensum est, in triangulis SAN, MAN . Constat ergo punctum O centrum gravitatis, esse linearum ratio propositarum. Quid erat demonstrandum.

Ad inveniendum porro Centrum gravitatis commune linearum rectarum circulo circumscriptarum, eodem modo procedendum erit. Sit exempli gratia semilängmentum RXZ , cuius vertex Z , linea circumscripta line RV, VY, YX, XZ . Ex Chedio punto prima VR , ducatur C perpendicularis ad AV , & ex e alia perpendicularis ef ad AX , & demic fg perpendicularis ad AZ , erit punctum O centrum octo linearum, quarum medietas hic proposita. Nec aliter demonstratur, cum præsertim hilce iplis lineis, circularis linea circumscripta possit, & illa ipsa proposita recte lineæ inscriptarum linearum nomine veniant, eandemque proris demonstrationem suscipiantur.

C O R O L L A R I V M.

Ex constructione ac demonstratione hujus Problematis sequitur, si plures multitudines linearum rectarum æqualium sint, eo modo ut vidimus, communiarum, quæ multitudines inæquales sint, ac prorsus alia aliam necessario includat, multitudo videlicet major multitudinem, includet, ut in centro gravitatis omnia, tam particularia quam communia, magis à centro circuli distare, quam centra gravitatis inclusarum, si centra prout fibi mutuo respondent suntantur.

Sit enim multitudo quatuor rectarum DI, IC [ad confusione utrandam infra gura

The image contains three separate geometric diagrams, each showing a spherical surface with various points labeled and connected by lines to form triangles and other geometric figures.

- Top Diagram:** Shows a spherical surface with a central point labeled 'O'. Numerous points are marked on the sphere's surface, including 'A', 'B', 'C', 'D', 'E', 'F', 'G', 'H', 'I', 'K', 'L', 'M', 'P', 'Q', 'R', 'S', and 'T'. Lines connect many of these points to form a complex network of triangles and other geometric shapes.
- Middle Diagram:** Shows a spherical surface with a central point labeled 'O'. Points 'A', 'B', 'C', 'D', 'E', 'F', 'G', 'H', 'I', 'K', 'L', 'M', 'P', 'Q', 'R', 'S', and 'T' are marked and connected by lines to form a spherical triangle.
- Bottom Diagram:** Shows a spherical surface with a central point labeled 'O'. Points 'A', 'B', 'C', 'D', 'E', 'F', 'G', 'H', 'I', 'K', 'L', 'M', 'P', 'Q', 'R', 'S', and 'T' are marked and connected by lines to form a spherical triangle.

2. Dicitur Tertius Conservans secundo, centra gravitatis communia binarum rectarum multitudo includentis, longius distare a centro circuli, quam centra singularium multitudinis inclusar, id quod manifestum est in recta AM ; major enim est AM tota, parte Ah ; & sic de reliquis.

3. DICQ; tertio, quarumvis linearum aequalium, sive rectangularium, sive curvarum mixtarumve; sive includant alias, sive ab alijs includantur, modo ipsarum centra particularia, in ijsdem, vel in aequalibus aequaliter inter se remotis, consistant radijs, in quibus alias; que prioribus in multitudine, inter se autem etiam in quantitate aequales sint, suaq; habeant centra particularia minus distantia à centro circuli, quam priorum centra; etiam centrum commune priorum omnium, longius abesse a centro circuli, quam aliarum itidem commune centrum. Sint enim priorum centra

centra $M, S \&c.$ posteriorum vero $b, i \&c.$ in ijsdem radijs $AK, AH, \&c.$ patet non solum N longius abesse quam k . sed etiam O centrum commune priorum magis removeri à centro A , quam l centrum commune posteriorum. Eodem modo cum centra C, G, H, E circumscriptarum RV, VY, YI, TZ , existentia in ipsa segmenti peripheria, in radijs AC, AG, AF, AE , diversis quidem à radijs AV, AX, AT, AZ in quibus centra e, g, r, s , rectarum inscriptarum CG, GF, FE, EB , consistunt; remotiora sunt a centro A quam hæc; etiam centrum commune illatum f , remotius est ab A , quam centrum commune harum T , sicut & g , remotius est quam O . Quod statim apparet ex triangulo ATf , rectangulo ad T , in quo hypotenusa Af , major est perpendiculari AT ; sicut & in triangulis equiangulis Agf, AOT (propter rectos ad g & O , & æquales ad A , qui æqualibus insistunt peripheriis) cum, ut jam dictum est, Af major sit quam AT , etiam Ag major erit quam AO . Quæ omnia erant ostendenda.

S C H O L I V M.


Geometrica præcedentis Problematis constructio etiæ elegans satius, ac commoda sit, commodior tamen ad propositum nostrum ea est, que mox ad numeros revocari potest: talem cum adinvenerimus, merito cum amplecti, accurate demonstrare, atq. in ipsum Propositionum numerum referre, atque per modum Theorematis proponere, voluiimus.

P R O P O S I T I O VI.

Si peripheria circularis segmenti cuiusvis, linea recta æquales, & numero pariter pares inscriptæ seu applicatae fuerint, erit ut medietas linearum inscriptarum simul sumptarum, ad semibasim, seu dimidiā toti segmento subtensam; ita perpendicularis è centro circuli ejus, cuius segmentum propositum est, in unam inscriptarum ducta, ad rectam, inter idem centrum circuli, & centrum gravitatis omnium inscriptarum simul sumptarum, interjectam.

Ergo si fiat, ut medietas summa rectarum datarum, quærum centrum gravitatis commune quæritur, ad semissem ejus quæ segmento circularis peripheria subtenditur, extremaque ejus necit, quam basim vocamus; ita perpendicularis è centro, ex quo peripheria descripta est, in unam rectarum propositarum ducta, ad aliam; habebimus rectam quæ inter idem centrum, & centrum gravitatis quod quæritur, interjectur; ac proinde ipsum omnium rectarum simul sumptarum gravitatis centrum.

i. Ut demonstratio clarius evadat, aliquot exempla sive casus placet pro-



ducere. Sit ergo primum de binis tantum lineis DC, CB [in eadem figura praecedentis Problematis, in qua tamen, ad nimiam cuitandam confusionem, rettam CB , non duximus] quarum centrum gravitatis commune ex praecedentibus est punctum n . Ostendendum est medietatem datarum, hoc est, rectam CD ad semibasim Da esse, ut est perpendicularis Ao , ad An rectam inter centrum peripheriae A , & centrum gravitatis n rectangularum DC, CB positam; quod facile fiet. Ducta enim no , quae ex praecedentibus perpendicularis est ad C , triangula CaD , onA , sunt similia, ob æquales angulos ad D & A (angulus enim aDC ; hoc est BDC ad peripheriam, duplæ insistit peripheriae BC , & nA angulus ad centrum, hoc est CAI , insistit simplæ,

quare [per ea que deducuntur ex 20. sexti] æquales sunt) & rectos ad n & a : Quare [per 4. sexti] est, ut CD ad Da , ita Ao ad An . Quod erat. *ethont strandum.*

2. Secundus casus esto de 4 rectis DI, IC, CF, FB , quarum centrum gravitatis commune, ex praecedentibus est punctum l ; Ostendendum est medietatem datarum, hoc est, rectam DI bis sumptam, ad Da esse, ut est Ah (perpendicularis ad DI) ad Al : quod sic fiet. Ducta enim HK perpendiculari ad AI , junctaque kl , ex praecedentibus perpendiculari ad AC ; triangula $D o I$, Akh sunt similia; propter rectos ad o & k , & æquales ad D & A (ille enim ad peripheriam insistit duplæ, & hic ad centrum simplæ) Ergo ut DI ad Do , hoc est [per 15 quinti] DI bis ad Do bis, hoc est, ad DC , ita Ah ad Ak . Rursum

fus in triangulis similibus $C \propto D$, $A \propto A'$ (quæ ostenduntur esse similia quemadmodum in primo casu triangula $C \propto D$, $o \propto A$) est ut eadem DC , ad $D \alpha$, ita eadem Ak , ad A' . Cum igitur sit ut bis sumpta DI prima, ad DG secundam; ita in alijs Ab prima ad Ak secundam: Et ut DC secunda, ad $D\alpha$ tertiam; ita in alijs Ab secunda, ad A' tertiam. Erit ex æqualitate rationis [per 22. quinti] ut DI bis primæ, ad $D\alpha$ ultimam; ita Ab prima, ad A' ultimam. Quod erat demonstrandum.

3. Tertius casus esto de octo rectis DK , KI , IH , HC , CG , FE , EB , quarum centrum gravitatis commune, ex præcedentibus, est punctum O : Ostendendum est medietatem datarum, hoc est, rectam DK quater sumptam, ad $D\alpha$ esse, ut AL (perpendicularem ad DK) ad AO : quod sic fieri. Ductis enim perpendiculariis, LM quidem ad AK , & MN ad AI ; juncta que NO , ex præcedentibus perpendiculari ad AC ; Triangula Dhk , AML sunt similia; propter rectos ad b & M , & æquales ad D & A (ille enim ad peripheriam insicit duplae, & hic ad centrum simplæ.) Ergo ut DK ad $D\beta$, hoc est, DK quater ad $D\beta$ quater, hoc est, ad DI bis, ita AL ad AM . Rursus in triangulis similibus $D \propto I$, ANM (ostenduntur similia quemadmodum in secundo casu triangula $D \propto J$, Akh) est, ut eadem DI bis, ad $D\alpha$ bis, hoc est, ad DC , ita eadem AM ad AN . Rursus in triangulis similibus $C \propto D$, $N \propto A$ (ostenduntur similia quemadmodum in primo casu triangula $C \propto D$, $o \propto A$) est, ut eadem DC ad $D\alpha$, ita eadem AN ad AO . Cum igitur sit in his, ut quater sumpta DK prima, ad bis DI secundam; ita in illis, AL prima, ad AM secundam: Et ut in his, DC tertia, ad $D\alpha$ ultimam; ita in illis, AM AN tertia, ad AO ultimam. Ergo ex æquo est; ut in his quater sumpta DK prima, ad ultimam $D\alpha$, ita in illis AL prima, ad AO ultimam. Quod erat demonstrandum.

4. Et sic de reliquis. Nam semper duo accedunt triangula similia, & una proportio, & ultima pet subductionem mediarij, a primis ad ultimas fit argumentatio.

5. Eadem etiam omnino ratio demonstrandi est, quoad lineas circulari peripherie circumscriptas; in quibus ipsamet circuli diameter vicem subit perpendicularis, ad unam propositarum ductæ, & basis est ea, quæ extremitates non circularis peripheriae, sed primæ ac ultimæ datarum rectangularium connectit. Itimo cum circumscribi queat hisce rectis lineis, ZT , TN , NV &c., peripherie BOD circumscriptis, alia peripheria prædictas omnes (in punctis Z , T , N , V &c.) tangens, ac proinde illæ rectæ, respectu hujus alterius lineæ circularis, eidem inscriptæ sint, ac vocari possint; vbi prorsus eadem omnino, quæ supra demonstratio locum habet, non judicamus hoc loco quicquam addendum esse.

C O R O L L A R I V M

Præbet enim superioti analogismo, eandem quartam proportionalem nos habere posse, si faciamus ut una datarum rectangularium, ad tales partem basis, qualis est ipsa recta datarum omnium, sita perpendicularis supradicta ad quartam quæsitam. Exempli gratia, in tertio casu, si hæc ut DK (quæ est octava pars omnium) ad octavam partem basis $B\beta$, ita perpendicularis AL ad aliam, habebitur eadem recta AO [per 15. quin.] Quæ res compendium sape calculatori affere potest.


DE CENTRO GRAVITA-

tis Perimetri figurarum superficialium re-
ctilinearum.

UM terminus seu perimeter figurarum rectilinearum superficialium nihil aliud est, quam plures rectae linea, suis ubiq; connexa punctis; patet perimetrum hujuscemodi figurae & centrum gravitatis habere particulae, (quod quidem aliquando idem erit cum centro gravitatis figura propria), si aream seu superficiem ejus spectemus, aliquando diversum) & dari posse ex doctrina Propositionis 4. Capitis praecedentis, quemadmodum in Corollario ibidem annotavimus. Quia vero figura quedam particulares, particulares etiam fortius tunc proprietates, eis quibus nonnunquam compendiosores, quam communis est, elicuntur Regula, ordique doctrine sic exposcit; opera precium duximus aliquas preferre in medium, ab ipsis incipiendo triangulis, primitendoque, per exempla saltem, Regulam communem, ut ex comparatione illius, cum Regulis particularibus, manifestentur barum Compendia.

PROPOSITIONE I.

Centrum gravitatis Perimetri Triangulorum, via univerali sive communi indagare.



I. Exemplum Primum, Esto propositum. Triangulum æquilaterum, ABC. Oportet perimetrum ipsius centrum gravitatis invenire. Bisectis trianguli lateribus in punctis, D, E, que [per propos. 3. cap. praecedens] ipso- rum latera centra sunt; quare junctis binis, verbi gratia, E, & F, & bisectis E, & G, erit G punctum, [per propos. 3. cap. prece- dentis,] centrum com- mune duorum laterum AB, AC. Ergo si juncta GD ita secentur in H, ve GH sic ad HD, ut con- tra

tra BC , ad BA, AC simul sumpcas, hoc est, ut 1 ad 2 , erit. [ex propos. 3. Cap. precedentis] punctum H centrum gravitatis perimetri ABC . Quod faciendum erat.

Exemplum 2. Esto in eadem figura propositum triangulum Scalenum ABD . Oportet permetiri illius centrum gravitatis invenire: Inventis [ex Capite precedenti] laterum, oppositis E, I, G , biaurorumque quorundam hexorum, verbi gratia E, G , centro communis I ; & tandem in recta LL per supra dicta centro communis trium laterum punto K . Factum erit quod fuit propositum.

3. Placet hic alia ratione problema secundi hujus exempli construere, jungendo prius centra I & G , per rectam IG , eamque dividere in N , ut GN sic ad NI , ut contra BD ad DA , ita ut N punctum centrum sit commune ipsorum BD, DA ; atque demonstrare junctam NE , secari ab IL ante inventa, in eodem puncto K , centro Perimetri ante invento. Quod sic fieri: Juncta I & E , triangulum IEG simile est tori ADB , [per s. sexti,] cum latéra illius, sint medietates laterum hujus. Quare est ut AB ad DA , ita IG ad IE : sed ut AB ad AD , ita ex constructione est GL ad LE . Ergo etiam ut IG ad IE , ita GL ad LE . Quare [per secundam partem tertie sexti] angulus EIG per rectam IL bisectus est; ac propterea [per primam partem eiusdem 3. sexti] in triangulo EIN est, ut IE ad IN , ita EK ad KN . Rursus ex constructione est, ut BD ad DA , hoc est, GE ad EI , ita GN ad NI , & componendo GE plus EI ad EI , ita GN plus NI ad NI ; & permutando ut GE plus EI , ad GN plus NI , hoc est, ad GI , ita EI ad NI . Sed ut EI ad NI , ita EK ad KN . Ergo etiam ut GE , plus EI ad GI , hoc est, DB plus DA ad AB , ita EK ad KN . Ergo punctum K hac ratione inventum, centrum est gravitatis perimetri, & idem cum K ante invento. Quod erat demonstrandum.

4. Eadem protinus ratione demonstrabitur ductam rectam GI , & productam in M , & secare ipsam rectam IE in M , in proportionem EG ad GI , hoc est, BD ad BA ; & secari à reliquis EN, IL in punto K , in proportionem EG plus GI ad EI , hoc est, DB plus BA ad AD , atque adeo hac tertia ratione idem centrum K reperi.

Ex his secundi exempli constructionibus, & demonstrationibus sequitur.

COROLLARIVM I.

IN quovis triangulo si singuli anguli biscentur, lineas secantes sece in uno eodemque punto intersecare. Patet ex triangulo EIG .


COROLLARIVM II.

Segmenta lineæ angulum biscantis, facta à dicto communis sectionis punto, eam servare proportionem, majoris scilicet ad minus, quam duo latera simul sumpta angulum bisectum comprehendentia habent, ad basim, in quam ipsa secans cadit. Ostensum enim est esse ut GE plus EI ad GI , ita EK ad KN .

COROLLARIVM III.

Quævis latera simul sumpta ad basim esse, ut alterutrum latus ad segmentum basis sibi adiacens. Ostensum enim est esse ut GE , EI simul sumptæ ad GI , ita EI ad IN .

COROLLARIVM. IV.



Si trianguli coiusvis latera biscentur, & angulis, qui continentur à binis rectis puncta secio- nom jungentibus, bisce- tur, in secante esse centrum perimetri propositi trian- guli. Recta verbi gratia GM , bissecans angulum contentum sub EG , GT , in se continet punctum K , centrum perimetri trian- guli ABD . Idem dicen- dum de rectis EN , & IL .

PROPOS. II.

Perimetri dati trianguli Aequilate- ris centrum gravitatis invenire.

Sit datum triangulum aequilaterum ABC . Oportet perimetri ipsius cen- trum gravitatis invenire. Ducta perpendicularis AD ex angulo quo- vis A , ad latus oppositum BC , dividatur per puncta Q , & H in tres partes æqua- les; punctum divisionis H , laceri BC proximum, est centrum gravitatis que- situm.

Ex constructione enim primi exempli præcedentis qualium partium GD , (quæ est altera ipsius AD) est trium, talium DH est duarum. Er- go accedente altera medietate GA , qualium tota AD est 6, talium DH est 3, quæ est ipsius AD tertia pars. Quod erat demonstrandum.

2. ALITER. Habeatur *vel ex s. quarti, vel aliunde*] centrum cir- culi, triangulo dato circumscriptibilis, erit id centrum gravitatis perimetri dati.

Est enim triangulum aequilaterum una ex regularibus figuris circulo inscriptis, quarum centrum gravitatis spectans perimetrum, est idem cum cir- culi centro, *[ut ostendamus infra, propof. 6.]* Quod erat ostendendum.

3. ALITER. Ducantur ex binis angulis ad latera opposita binæ per- pendiculares, hæc se se in centro quæsito intersecabunt.

Cum enim in utraq; perpendiculari centrum consistat, & præter unum secundum sectionis punctum nihil commune habeant, erit illud necessario centrum quæsatum. Quod faciendum erat.

Plures sunt modi, quos consulto omittimus.

PROPOSITIO L.I.

Perimetri dati trianguli Isoscelis centrum gravitatis exhibere!

I. Esto.

I. E Sto triangulum isoscelis ABC , cuius perimetri centrum quæritur. Bisectis tribus lateribus in punctis E, F, D , ductaque perpendiculari AD , accipiatur FI (producto etiam latere AC , si

opus fuerit) æqualis ipsi DC , secabit juncta IE , perpendicularem AD in punto H , quod dico centrum esse gravitatis quæsitum.

Junctis enim EF, ED, DF erit $EFCD$ parallelogrammum [*ex secunda sexti*,] quare [*ex 29. primi*] anguli EIF, DEI æquales sunt, sed eidem angulo EIF æqualis est etiam angulus IEF , ad basim EI , trianguli isoscelis EFI , [*per s. primi*] ergo etiam anguli DEI, IEF æquales sunt, atq; adeo totus DEF per rectam EI bisectus est; sed & angulus EDF per rectam DA bisectus est, ergo punctum sectionis commune H , est perimetri ABC centrum gravitatis [*ex coroll. 4 propos. 1. hujus*]. Quod erat demonstrandum.

2. A L I T E R. Ducta ad basim BC perpendiculari AD , fiat ut duo latera æqualia, vñà cum basi, ad ipsa duo latera, ita semiperpendicularis ad aliud, habebitur in AD recta segmentum DH , determinans punctum H , centrum videlicet gravitatis, quod quæritur.

In eadem eniin figura est, vt BA, AC simul sumptæ ad BC , hoc est, ED plus DF ad FF , ita, [*ex Coroll. 2. Propos. prime hujus*,] DH ad HG ; & convertendo vt BC ad BA plus AC , ita GH ad HD ; & componendo vt BC, BA, AC simul sumptæ, ad BA plus AC , ita GH plus HD , hoc est, DG semiperpendicularis ad HD . Quod erat demonstrandum.

PROPOSITIO IV.

Perimetri trianguli Scaleni centrum gravitatis invenire.


E Sto [*in figura pag. 50*] triangulum datum ABD , ductis ad bisectiones laterum rectis EG, GI, IE , bini quivis anguli, ex tribus hisce ductis orti, biscentur; lineæ enim bisecantes, secabunt se in centro quæsito, [*ex coroll. 4. propos. 1. hujus*.] Quod erat faciendum.


PROPOSITIO V.

Perimetri figurarum Quadrilaterarum centrum gravitatis invenire.

F Iguræ quadrilateræ, quantum ad rem præsentem facit, in Parallelograma & Trapezia recte subdividuntur,

Peri-





Perimetri Parallelogrammi $ABCD$ cuiusvis, centrum gravitatis compendiose habetur in punto sectionis E , quo binæ diametri AC, BD ad angulos oppositos ductæ, se se mutuo intersecant.

Divisis euim singulis lateribus bifariam in F, G, H, I , jungantur puncta opposita FH, GI , erit E commune sectio-

m̄ punctum, Centrum gravitatis perimetri dati. [per propos. 3. cap. præcedentis:] Binarum enim BC, AD , gravitatis centrum est punctum medium E , similiter medium punctum in FH , est Centrum binorum AB, DC ; quod cum vñum idemq; sit in E , erit id Centru ipsarum quatuor AB, BC, CD, DA ; Esse vero idem, hoc est, rectas GI, FH , se se biseçare mutuo in eodem punto E , ostenditur ex quatuor parallelogrammis EB, EC, ED, EA , [per 34. primi,] Quadrilatera enim BH, HA, GA, GD , sunt parallelogramma; [ex 33. primi] ergo etiam illa.

Hoc vero centrum E , idem esse cum illo quod per diametros inventum est, hoc est, ductas EA, EC , item EB, ED esse sibi in directum positas, sic demonstratur: In triangulis FEB, HED , [per 4. primi] anguli ad E æquales sunt, propter æqualia latera FB, HD & FE, EH , & angulos alternos ad F & H ; addito igitur communi BEH , duo anguli FEB, BEH , æquales sunt duobus BEH, HED : sed illi [ex 13. primi] sunt æquales duobus rectis; ergo & hi. Ergo [per 14. primi] BE, ED , sunt sibi in directum positæ. Eodem modo demonstratur AE, EC esse sibi in directum positas. Ergo punctum E est idem, atq; adeo Centrum gravitatis quæsitus. Quod erat demonstrandum.

Plures modos inveniendi hoc centrum, vide infra capite octavo in Corollario propositionis septime.

2. Pro Trapezijs sufficiat Regula communis, de qua propositione 4. cap. præcedentis, & initio hujus diximus, sicuti & pro Multilateris figuris irregularibus. Quamvis enim aliquæ sint, in quibus singulari aliquo compendio centrum gravitatis pro perimetro assignari posset; non judico tamē operæ precium esse ea hoc loco prosequi. Quare ad ordinatas circulo inscriptas nos conferamus.

C O R O L L A R I V M.

Ex demonstratis colligitur in quovis parallelogrammo, & lineas quæ oppositorum laterum bisectiones jungunt, & diametros, se se mutuo bifariam secare; & insuper omnes in uno eodemque punto.


P R O P O S I T I O . VI.

Centrum gravitatis Perimetri Polygonorum regularium reperire.

INVENTO

centro circuli

Polygono circumscripti, ipsum erit id quod quaeritur gravitatis centrum. Sit Polygono regolare quodcumque $ABCDE$, bisecentur singula latera, ut



habeantur [ex 2. cap. preced.] illarum centra F, G, H, I, K , quae cum & ipsa, & lineis quibus insunt, aequaliter undique circumstent circuli centrum L , in aequali etiam inter se remotione (quod facile ostenditur per lineas perpendicularares LF, LG, LH, LI, LK aequales, & ab invicem aequaliter remotas) atque adeo circa illud undique partes aequalium momentorum consistunt. Erit, ex ipsa centri gravitatis definitione, punctum L centrum gravitatis Perimetri propositi. Quod ostendendum erat.

2. Demonstratur tamen aliter quoque. Primo quidem in figuris latera habentibus numero paria, exempli gratia in hexagono $ABCDEF$: Bisectis enim singulis lateribus, bina opposita sectionum puncta jungantur rectis GK, HL, IM , quae omnes sese interfecant in punto N circulicentro [ex corollario prima sexti] Est autem idem punctum [per propos 3. cap. precedentis] centrum communem binarum AB, DE , binarum etiam BC, EF , nec non binarum FA, CD ; ergo omnium; ergo totius perimetri. Binarum enim, verbi gratia, AB, DE communem centrum, copulatur cum centro communi linearum binarum, in ipso centro circuli, nulla media quae dividi possit intercedente. Quare illud ipsum punctum est gravitatis centrum, cum extra copulam nullo modo esse possit. Et sic de ceteris. Quod erat demonstrandum.

3. Demonstratur secundo in figuris latera habentibus numero imparia, exempli gratia, in pentagono $ABCDE$, in quo bisectis singulis lateribus in punctis F, G, H, I, K puncta duo, verbi gratia, I & K jungantur cum angulis oppositis B & C , per rectas IB, KC , quae sese interfecant in eodem punto L , quod centrum circuli est [ex paulo ante dicto Corollario prima sexti]: Jungantur etiam puncta F & G , nec non K & H , per rectas FG, KH , quas recta BI , biseccat in M & N , punctis (quod ne longior sim ostendere omitto) quae [ex 3. cap. preced.] sunt centra gravitatis communia, M quidem linearum AB, BC, CN vero ipsarum AE, CD : Quare centrum commune ipsarum quatuor linearum AB, BC, AE, CD , consistit in recta MN , sive MI [per 6. vel 7. propos. cap. 2. hujus] in qua etiam existit centrum communem dictarum quatuor linearum, & rectarum ED : hoc est Centrum gravitatis totius perimetri, existit in recta BI . Eodem modo junctis GH, FI , ex eo quod centra, O quidem ipsarum BC, CD ; P vero ipsarum AB, ED , & ipsius AB , in eadem recta KO consistunt; ostenditur centrum gravitatis totius Perimetri existere in recta CK . Ergo cum rectarum BI, CK præter unicum punctum, quod centrum circuli est, nihil commune habeant, erit illud ip-


suum centrum gravitatis totius Perimetri. Quod erat demonstrandum.

In ceteris enim polygonis plurium laterum, junguntur semper binæ proximæ bisectiones laterum, ut hic P, G , deinde binæ & binæ proximæ sequentes, &c.

PROPOSITIO VII.

Centrum gravitatis Perimetri Cingulorum, & Gnomonum assignare.

1. **C**ingulum vero hoc loco figuram, seu spaciū superficiale id quod oritur, cum figura intra figuram describitur, medium videlicet inter utriusque perimetrum interceptum Spacium, nō quo inscripta quodammodo cingitur.



2. Sunt autem duplia generis: primum est quando figura sunt similes, ut adjectarum figurarum Prima, Tertia & Quinta. Secundum quando sunt dissimiles quales, sunt Secunda & Quarta. Utrumque porro genus in alias subdividitur species, quarum Prima constituitur ex figuris concentricis, ut figura Prima, Secunda & Quinta. Secunda ex non concentricis ut Tertia & Quarta. Quae species proprie ad rem nostram faciunt. Alias enim distinctiones consulto omittimus; qualis esset qua desumeretur ex positione juxta similitudinem, & dissimilitudinem &c.

3. Perimeter ergo Cinguli illius cuiusfiguræ (a quibus constituitur) suffit quoad perimetros concentricæ, illud idem punctum habet etiam pro centro suo gravitatis.

4. In illis vero quibus centra diversa sunt, recta centra connectens dividenda est, in proportionem perimetrorum utriusque figuræ, [secundam conditionem propositionis 6. vel 7. cap. 2.] Eritque punctum divisionis centrum gravitatis perimetri Cinguli propositi.

Demonstrationem autem dictorum à nobis nemo petet, qui præcedentia intellexit: nec frustra idem saepius inculcandum, quod semel iterumque dictum, sat esse potest.

5. Sit deinde Gnomon $EBCDGFE$, ejusque perimetri sit investigandum centrum suæ gravitatis. Inventis prius centris perimetri, H quidem figuræ majoris AC , I vero linearum EAG ; & fiat ut rectæ EB, BC, CD, DG sint, ad rectas EA, AG ; ita IH nectens centra, ad quartam. Huic igitur quartæ in producta IH versus C , æqualis absindatur HK ; erit punctum K centrum gravitatis linearum $EBCDG$. [per propos. 8. cap. 2.] Invento deinde centro L , linearum EFG , juncta LK ita dividatur in N , ut sit LN ad NK , sicut quatuor linearum $EBCDG$, ad duas EFG : erit punctum N centrum, quæsictum, [per propos. 6. vel 7. cap. 2.]. Quod erat faciendum.


PRO.

PROPOSITIO VIII.

Plurium Perimeterum figurarum rectilinearum, centrum gravitatis commune assignare.

Essi constructio Problematis ex precedentibus constet, unicum tamen ob casum, quo penetratio quantitatis seu superimpositio, de qua supra [capite secundo, ad Postulatum 3.] locutus sumus, hoc modo multiplicatio seu augmentatio quadam linearum, quoad gravitatem sine ulteriori extensione ostenditur, unico exemplo, ex quo de ceteris judicium fiat, Problema hoc & proponere, & breviter solvere voluimus.

1. Refutatur triangulum scalenum ABD ; [de quo propos. 1 & 4 hujus] cui æquale adiacet ACD , habens communem priore latus AD . Oportet commune perimetrorum utriusq; trianguli centrum gravitatis invenire. Inventis [vel ex propos. 1 vel ex 4] centrī K & O spectantibus ad perimetros ABD , ACD , jungantur ea per rectam KO , secantem AD in punto P ; quod dico esse centrum gravitatis utriusque perimetri, & ABD , & ACD . Puncta enī K & O in triangulis similibus & æqualibus similiter sita, æqualiter distant à latere AD .



Ergo KO in punto P bisariam secta est, ac proinde, [ex propos. 4. cap. 2.] idem punctum centrum gravitatis est, perimetrorum propositorum.

2. Notandum ergo punctum P , necessario diversum esse à puncto H , quod centrum est perimetri trianguli ABC , ex duobus scalenis compositi. Illud enim est centrum sex, vel quinque linearum harum AB , BD , DC (quæ duæ BD , DC , faciunt unam BC) CA , & AD bis sumptæ; hoc vero trium tantum linearum AB , BC & CA . Quare ea diversa esse necesse est.

3. Quod si quis contendere velleret, cum linea AD una eademq; sit, etiamsi sœpius sumatur, centrum tamen commune, verbi gratia, quinque dictarum linearum, non fore diversum à centro communi ipsarum quartuor AB , BC , CA & AD , in quibus AD semel tantum sumitur. Huic mox satis fiet ex constructione, in qua etsi AD aliquo modo eadem sit, gravitas tamen ipsius, ubi bis adhibetur, aliud necessario commune requirit centrum, quam ubi semel tantum in censem venit. Quod sic fiet.

Inventis ex [propof. tercia capituli precedentis] gravitatis centris, M quidem centrum binarum AB, BC ; R vero binarum AC, CD ; duæque MR , ſecabitor per eam recta DX ; & ipsa MR bifecabitur in H puncto, centro communione trium linearum AB, BC, CD ; hoc est, perimetri trianguli æquilateris ABC , [per propof. 4. capituli secundi hujus] Centrum porro linea AD , est punctum G : Ergo si volo centrum habere quatuor rectarum AB, BC, CA & AD , dividenda est HG , conneclens centrum H , commone trium dictarum rectarum, & G centrum unius rectæ AD [ex sexta & septima propositione cap. 2.] in proportionie trium AB, BC, CA simul sumptarum, ad unam AD , eritque hoc centrum necessario in aliquo puncto T , ſupra centrum H ſit: Si vero volo centrum quinque rectarum AB, BC, CA & AD bisumptæ, cum punctum G medium linea AD , ipſius etiam centrum gravitatis sit, ſive ipsa linea ſeriel, ſive bis, ſive ſepius ſumatur; ergo eadem recta HG dividenda venit in aliquo puncto P , in proportionem earundem trium AB, BC, CA , ad bis AD . Cum ergo proportio trium dictarum linearum AB, AC, BC , ad AD ſemel ſumptam, major sit proportione earundem trium, ad AD ſepicatam seu bis ſumptam; erit etiam recta GT major, quam sit GP : ergo punctum P , cadet ſupra T , ac proinde diverſum erit centrum gravitatis quatuor rectarum, à centro quinque rectarum; & hujus diuerſitatis nulla alia cauſa eſt, quam quod gravitas linea AD (quam ſive una dicatur, ſive duæ non curamus) bis accepta ſit. Quod etat ostendendum.

C A P U T V.

DE C E N T R O G R A V I
tatis Linearum curuarum.

Oft quam ea qua ad centra punctorum ac linearum rectarum, tam prout ipſe per ſe, quam ut termini figurarum ſuperficialium, in conſiderationem veniunt, commoda brevitate expeditivimus: Ordo ille doctrina quem hactenus obſervavimus, à facilioribus ad difficultiora conducens, requiri videtur, ut de linearum curvarum mixtarumque Centris gravitatis aliqua pro-

preferendas in medium. Quoniam multe variae & pend infunde sint, de pars
civ tamen iisque magis ordinatis, magis obuijs, ac notioribus, tractare constitutus
hoc quidem Capite, prope pot se sumuntur; non autem in ordine ad figuram quid ter-
minant, & ut perimetri illarum sumuntur.

PROPOSITIO. I.


*Centrum gravitatis linea curva, ex parte consistit cava
intra subsensam, atque in recta linea, quae ad eam, qua cur-
vam in bisectionis punto tangit, perpendiculariter ducitur.*

In hac Propositione præcipue loquimur, quod rectam in qua centrum consistere diximus, de lineis circularibus, quamvis reque manifestum sit in reliquis sectionibus Coni ortis, si pro recta illa universaliter vel aciem, vel diametrum intelligamus.

Existet ergo Centrum ex parte cava linearum curvarum, si de circularibus & ellipticis loquamur, satis constare posse ex Corollario propositionis Octavae cap. 2. judicamus. Placet tamen illud universalius hoc loco ostendentes si prius postremam propositionis partem manifestam fecerimus. Enimvero, si centrum in ipsa linea curva esset, alibi esse non posset quam in medio ipsius puncto; cum linea præter suam longitudinem momenta alia non habeant; ergo, sive in ipsa curva, sive extra fuerit, ita situm esse debet, ut circum se habeat partes æqualium momentorum; quod alibi fieri non potest, quam in illa recta perpendiculari, quam diximus. Ostenditur autem sic.

2. Esto peripheria ACB bisecta in C , atque ad ductam tangentem DE , acta perpendicularis CF , transiens per centrum circuli G [ex 19. tertij]. Dico centrum gravitatis propositæ peripherie esse in recta FC . Assumpto enim in ea quovis punto H , pro centro illo, sumptisque peripherijs æqualibus CI, CK : erunt tam illæ quam reliquæ æquales IA, KB , æqualiter à punto H remota: hoc est, rectæ AH, HB , nec non HI, HK inter se æquales erunt. Nam ductis semidiametris GA, GB , erunt triangula AGH, BGH æqualia, [per 4. primi,] propter æqualia latera AG, GB , & commune GH , angulosq; ab ipsis comprehensos AGC, BGC æquales. [per 27. tertij.] Ergo & rectæ AH, HB æquales sunt. Eodem modo æquales ostenduntur IH, HK , si jungantur semidiametri IG, GK . Quod si assumatur aliquod punctum L , extra circulum in producta FC , pro centro gravitatis, nihilominus ductæ LA, LB , nec non LI, LK æquales ostenduntur, verbi gratia LA, LB , propter triangula æqualia LAG, LBG , &c. Et sie si assumantur quavis alia circa puncta in peripheria CA, CB , æqualiter hinc inde à punto C remota, ostenduntur, æqualiter distare à punto H , vel L . Quod erat demonstrandum.

Nec est quod quispiam obiiciat extra rectam FC , punctum esse posse, aliquid M , à quo ductæ, verbi gratia, MI , MK æquales sint; hoc enim fieri non posse, facilium ostenderetur ex triangulis (ducta prius MH) IMH , KMH ; latera videlicet MI , & MK inæqualia esse. Quod brevitatis causa, omitto.



4. Centrum porrò gravitatis curvæ existere ex parte cava, intrâ subtensam $B\mathcal{A}$, sic habetur. Ponatur eadem peripheria ACB ita, ut prædicta recta FC horizonti sit parallela, ut hic in adjecta figura, juncta que AB ad ipsam FC sit perpendicularis. Dico centrum gravitatis non posse consistere extra cavitatem, neq; ad partes H , puncto sectionis CF cum $B\mathcal{A}$, neque ad partes C . Esto enim, si fieri potest, quodvis punctum I , in recta HF , centrum gravitatis ipsius lineæ circularis seu curvæ ACB , quæ si cogiteur, hoc modo ut nunc est, ita ut $B\mathcal{A}$ sit perpendicularis ad CF , suspensa ex punto I ; ipsa nullo modo maneret, eo quod totum pondus esset ex parte H , & ex parte F nihil, quod contra ponderaret; feretur ergo deorsum ita, ut IC , eam situm obtineret quem IK : contra definitiōnem centri gravitatis, quæ vult ut grave suspensum ex suo centro, in quovis situ maneat. Eadem de causa centrum non potest esse ad partes C , in prædicta FC . neq; in ipsa AB . Ergo erit intra ambitum $ACBA$. Quod erat ostendendum.

L E M M A.

Si sint quatuor magnitudines proportionales, & alia ipsis pares numero, in quavis alia proportione proportionales quoque; si que secunda magnitudo ex illis, æqualis secunda magnitudini ex his. Si proportio primæ illarum, ad primam harum, æqualis fuerit proportioni tertia illarum, ad tertiam harum; etiam quarta magnitudo illarum, æqualis erit quartæ magnitudini harum. Si vero proportio prima ad primam major fuerit, quam tertia ad tertiam, erit contra quartæ magnitudo illarum, minor quartæ harum. Si denique proportio prima ad primam minor fuerit, quam tertia ad tertiam; erit contra quartæ magnitudo illarum, major quartæ harum.

Sint

Sunt 4 magnitudines A, B, C, D , ut quidem prima A ad B secundam; ita C tertiam ad D quartam. Sint deinde aliæ quatuor E, B, F, G , hoc modo proportionales, ut sit prima E , ad B secundam; ita F tertia, ad G , quartam, sive in eadem cum prioribus proportiones, sive in diversis: & sunt secundæ B & B æquales. Sit autem primo proporcio A ad E , æquales proportioni C ad F ; dico D æqualem esse ipsi G . Etenim vero cum sit A ad E , ita C ad F ; & vt eadem E ad B , ita eadem F ad G : erit ex æquo, vt A ad B , ita C ad G ; & permutando, vt A ad C , ita B ad G . Est autem vt eadem C ad D , ita eadem A ad B , ex hypothesi; ergo ex æqualitate perturbata, vt A ad D , ita eadem C ad G . Ergo [per 9. quinti] D & G sunt æquales. Quod erat primitio demonstrandum.


2. Sit secundo proporcio A ad E , major quam C ad F . Dico D contra minorem esse ipsa G . Nam cum major sit proporcio A ad E , quam C ad F ; proporcio vero ejusdem E ad B , sit eadem que ejusdem F ad G ; erit ex æqualitate proporcio A ad B major, quam proporcio C ad G ; & permutando, A ad C majorem, quoque proportionem habebit, quam B ad G . Verum vt eadem C ad D , ita eadem A ad B : ergo ex æqualitate perturbata, A ad D majorem proportionem habebit, quam eadem C ad G . Ergo [per 10. quinti] D minor est quam G . Quod erat secundò demonstrandum.


3. Sit tertio proporcio A ad E , minor quam C ad F . Dico D contra maiorem esse ipsa G . Etenim cum sit minor proporcio A ad E , quam C ad F ; eadem vero E ad B , sit in eadentia proporcione qua eadem F ad G ; erit ex æquo proporcio A ad B minor, quam proporcio C ad G ; & permutando, proporcio A ad C erit minor proporcione B ad G . Sed vt eadem C ad D , ita eadem A ad B : ergo ex æqualitate perturbata, A ad D minorem proportionem habebit, quam eadem C ad G . Ergo [per 10. quinti] D major est ipsa G . Quod tertio demonstrandum erat.

P R O P O S I T I O . II.

Dat e cujusvis circularis peripherie, quæ circulum totum non ambiat, centrum gravitatis reperire.

Sit peripheria quævis semicirculari sive major, sive minor, vel etiam æqualis, $B C D$. Oportet centrum gravitatis ipsius invenire. Invento in primis [ex tertio elementorum] centro circuli A , junctisque peripheriae extremis punctis B & D ; per rectam $B D$; per medium eius punctum a , ex centro A ducatur recta $A C$, secabit illa [ex scholio 27. tertii] peripheriam $B C$ D , bifariam in C (in semicirculo vbi A & a in unum coalescent, ex A educatur ad $B D$ perpendicularis $A C$) Fiat igitur ut semiperipheria $D I C$, ad semisubtensam $a D$, ita semidiameter $A C$, ad aliam quampiam, cui æqualis accipiatur $A p$, in semidiametro $A C$. Dico punctum p , centrum esse quod queritur.






I, ex hypotesi; ergo [per 14. quinti] etiam $\angle AC$ major est ipsa Bb .

Bisecta deinde peripheria DIC in I , & arcu DI denio in K , & haec bisectio tam diu continuetur donec recta aliqua AE , ex centro in subtensum nomi arcus perpendiculariter ducta, æqualis sit ipsi Bb ; vel ipsa major; multum tamen quam semidiameter AC . Quod fieri potest, cum peripheria in infinitum bisecari possit, & perpendicularis, quacunque data differentia, proprius ad semidiametrum (qua, ut dictum, Bb minor est) accedere. Reperita igitur illa AL , æquali ipsi Bb , vel ipsa majori, tota peripheria BCD , dividatur in partes æquales ipsi DK , arcui videlicet ultimo (qui cum ex continua bisectione ortus sit, tota peripheria in partes secabitur numero pariter pares) $DK, KI, IH, HC, CG, GF, FE, EB$ & ducantur totidem subtensæ, quæ omnes ipsi DK , ob

DK, ob æqualitatem arcuum, æquales erunt. Harum linearum commune centrum gravitatis habebitur, si [per propos. 6. cap. 3. hujus] fiat, ut medietas summa linearum inscripearum, ad semisubtensam *Da*; ita perpendicularis *AL*, ad aliam: habebitur enim recta, cui si æqualem in semidiametro *AC* sumamus *AO*, erit ipsa major quam *AL*. Habemus etenim quatuor magnitudines proportionales, numerum semiperipheriam propositam *DIC*, semisubtensam *Da*, quartam illam *Bb*, de qua ante, & rectam *AL*; quia est ut *DIC*, ad *Da*; ita *Bb*, ad *AL*. Habemus etiam alias ipsis numero æquales sive pares, videlicet, semisumma inscriptarum, eandem semisubtensam *Da*, perpendicularem *AL*, ipsi *Bb*, æqualem, vel eadem majorem, & rectam *AO*; & est ut dicta medietas, ad *Da*; ita *AL*, ad *AO*. Est autem proportio primæ illarum ad primam harum major, quam tertia illarum ad tertiam harum. Cum proportio *DIC* semiperipheriae, ad medietatem inscriptarum, (quæ sunt primæ) sit majoris ad minus; [quilibet enim arcus sua subtensa est major, ut vel ab ipso Archimede supponitur, & assumpto illius principio, quod initio librorum de Sphera & Cylindro, tertio loco ponitur, facillime demonstratur] & tertia illarum quæ est *Bb*, ad tertiam harum quæ est *AL*, ipsi *Bb* vel æqualis, vel eadem major; ita ut proportio tertiarum sit, vel æqualitatis, vel minoris ad maius: secundæ vero sunt æquales, vel potius eadem; Ergo [per primam vel secundam partem Lemmatis precedenti] quarta magnitudo illarum, quæ est *AL*, est minor quam quarta harum, quæ est *AO*; ita ut punctum *O*, quod est centrum rectarum subtensarum *DK*, *KI*, *IH*, *HC*, *TG*, *GF*, *FE*, *EB*, magis removeatur à centro circuli *A*, quam punctum *I*, quod pro centro peripheriae *DCB* positum est. Quod est absurdum. Cum centra particularia arcuum *DK*, *KI*, &c, sint intra arcus & subtensas, *DK*, *KI*, &c, in radijs *AL*, *AP*, &c; [per precedenter] ac proinde centrum commune illorum arcuum omnium, [ex tertia parte Corollarii propositionis quinta cap. 3.] longius distat à centro circuli, quam centrum commune omnium subtensarum. Ergo centrum gravitatis peripheriae *BCD*, non potest esse intra p, & A.

Sit secundo, si fieri potest, centrum gravitatis propositione peripheriae ultra punctum *p*; hoc est, intra p & C, verbi gratia, in t; & fiat ut semisubtensa *Ba*, ad semiperipheriam *BFC*, ita *At* ad aliam quartam, quam dicamus *Dd*; quæ necessario major erit semidiametro *AC*. Cum enim sit, ut *BFC* ad *Ba*, ita *AC* ad *Ap*; erit etiam convertendo, ut *Ba* ad *BFC*, ita *Ap* ad *AC*: sed ut *Ba* ad *BFC*, ita, ex constructione, est *At* ad *Dd*: ergo etiam ut *Ap* ad *AC*, ita *At* ad *Dd*. Sed *Ap* est minor quam *At*, ergo etiam *AC* minor est quam *Dd*.

Bisecta deinde rursus peripheria *BFC* in *F*, & arcu *BF* denuo in *E*, & hoc tam diu, donec ducta aliqua *BZ*, perpendicularis ad semidiametrum *AB*, productam semidiametrum *Ac* (ad ultimum bisectionis punctum c educta) ita absindat in *Z*, ut *AZ* æqualis sit, vel minor ipsa *Dd* ante inventa; major tamen ipsa semidiametro *Ac*. Quod fieri potest, cum *AZ* in infinitum ad *AB* accedere, per bisectiones arcuum, possit, ac proinde differentia c Z, quacunque magnitudine data, minor exhiberi. Reperta igitur illa *AZ*, ipsi *BZ* æquales rectæ lineæ circumscribantur peripheriae *BFCID*, rectæ nimisrum *ZE*, *ET*, *IF*, *FX*, *XG*, *GV*, *VU*, &c. Harum circumscriptarum gravitatis centrum commune u, habebitur si [per propos. 6. capitis tertij] fiat ut medietas linearum circum-



arcus sua circumscripta est minor, ut demonstratur ab Archimede propos. 1. lib. 1. de Sphaera & Cylindro] & proportio tertiae priori, quæ est Dd , ad tertiam posteriorū, scilicet ad Ac , est ex constructione vel æquidistantis, vel majoris ad minus: secundæ vero sunt eædem. Ergo [per tertiam partem Lemmatis precedentis,] quarta magnitudo priorum, quæ est Az , major est quam Au , quarta posteriorum; ita ut punctum z , quod est centrum gravitatis circumscriptarum, proprius accedat ad centrum circuli A , quam punctum z , quod pro centro gravitatis peripherie BCD positum est. Quod est absurdum. Cum centra particularia circumscriptarum rectarum sint in ipsis arcibus: rectæ enim ZT centrum est E , punctum scilicet contactus; & sic de reliquis: arcuum vero centra, intra versus habentes, [per præcedentem]; ac proinde centrum communem omni-

omnium arcum, [ex stricta parte Corollary propositiones s. capitulo 3.] minus distat à centro circuli A, quam centrum commune omnium circumscriptarum. Ergo centrum gravitatis peripherie BCD proposita, non potest esse inter p & C. Ergo necessario in primum, QVOD ERAT DEMONSTRANDVM.

COROLLARIVM.

Habito peripherie zlicujus auf arcus, centrum gravitatis, habebitur etiam alterius arcus, qui priori similis sit, centrum, si hat ut semidiameter illius ad semidiagramem, hujus; ita recta determinans centrum gravitatis illius ad aliam, erit enim ex alterius centro distans.

Subdiagrama etiam hoc hypotaxis similes, atque adeo & ipsi, & radij, & subtense proportionales, ut demonstratur à Clavio lib. 3. Geometria practica propos. 2. & 3. & per consequens etiam recte centrali determinantes, qua per illos, ut vidimus, proportionales inveniuntur.

Quare Tabula condit posset finitam finium, ex qua pro quovis arcu, quodvis

graduum & minutorum, ex corporis yrnumeris correspondentes rectis dentra gravitatis,

determinantibus, ab uno scilicet minuto, usque ad semicirculum. Struetura tabu-

la realius acquirebitur, scilicet si hypotaxis quadrantis in duas partes plures in-

telligeretur divisa, quot semidiameter: tunc enim non solum pro uno Quadrante

tantum opus esset centra inquirere, eo quod pro reliquo usque ad semicirculum

centra per additionem subtractionem haberentur; sed & alia sece offerrent cal-

culi compendia: efficiunt ut peripheria minor Quadrante, ad peripheriam maj-

orem semicirculum completem, ita determinans centrum minoris, ad determi-

nantem centrum majoris. & huius

PROPOSITIO III.

DEMARITER EFFICERE.

Supponit praecedens operatio cognitionem circularis lineæ, hoc est, propor-

tionem ejus ad rectam, qua data, & operatio & demonstratio suam obti-

nent in Geometricis dignitatem. Subiungam hanc etiam constructionem e-

amque Geometricam quidem, atque à cognitione lineæ circularis indepen-

dentem; qua tamē ad eum, quem sibi præfixit, scopum pertingere Geome-

trice non possit; in praxi vero mechanica vix aberrare.


Sit peripheria eadem quæ supra B
CD, cuius opotest centrum invenire
gravitatis. Invenio, ut supra, circuli
centro A, in diametro AC, datam pe-
ripheriam in C bisecante; jungatur re-
cta CD, & in E puncto bisectetur. Ita
vallo deinde HE, in recta AC equalis
accipiat recta HF, & jungatur FG, ut
qua ifidem bisectetur in G. Nam si
intervallo AG, in eadem recta AC, linea & qualis absindatur AH, jungatur
HG, eaque etiam bisectetur, & reliqua
fiant ut ante; invenientur allud punctum
inter A & H, qua operatio si aliquod repetatur habebit in tandem plus
sile

Etum quod à proximè inveniendo sensibiliter nequaquam differet, atq; adeo pro centro, quod quadratur practice tuto assumi poterit. Quod erat facien-
dum.

Demonstratio ex sequenti constabit Capite. Quod vero hic de figura, in qua peripheria semicirculo majoris propoluta est, dictum est; hoc idem intellige de semicirculari eaque minore, eas enim, cum ubique eadem sit ratio, consulto omisimus.

PROPOSITION

Dato **concentrico** **quadratis** **enipusbat** **arcus** **circulis** **intervallis**,
rc concentrico **gravitatis** **arcus** **duplici**, **quadruplici** &c. **item** **sub-**
duplici, **subquadruplici** &c **sic** **deinceps**; **et hoc in infinitum**: **in**
proprietate **duplicia** **quadrata**, **usque ad** **complementum** **et** **igitur** **multa**
triplicandum **circulum**, **in** **subduplici** **vero per** **continuas** **modiper**
potius **disjunctas** **est**



Vice versa sit datum centrum H , & angulus ADE , Oporiet invenire centrum subduplicis ABD , & subquaduplicis ABC . Duciis ut ante radiis FB , FC , ex H erigatur perpendicularis ad ED , secans radium FB in G ; & ex G mutis

ad perpendicularis ad FB, secata FR in C; erunt puncta G & H, centra gravitatis, que sita. Orid fr arcus AR bisecatur in S, & ad radium FS ex C ducatur perpendicularis, ostenderat via FS, centrum gravitatis, arcus AR, & sic in infinitum. Demonstratur autem eodem modo omnia ut supra.

S C H O L I V M.

Diximus in propositione hac posse nos dedicando pervenire ad comprehensionem, et varie multiplicandum circulum: patet autem completio proxime [lequenti capite propositione 6.] ubi ex gravitatis centro dato, dati arcus, totius circularis peripherie centrum invicem inveniuntur. Quia ad multiplicationem spectat, si tota peripheria multiplicanda sit, bis, quater, octies, &c. Erit igitur Centrum simplicis peripherie, centrum etiam huiusmodi bisequatur. Similiter. Si vero loquamur de partibus que circulum precise non compleant, et pergere velimus per continuam duplicationem, centrum poterit esse semper aliud atque aliud, ut in superiori figura invento centro H, ipsius arcus ADE, ex dato centro C, si alterius pergamus duplicando, erit arcus ADEM duplus ipsius arcus ADE: Quare si ad ductum Radium FE, ex Hyperbolicula dimitatur HN, erit punctum N centrum gravitatis arcus ADEM. Quod si hoc arcus radios duplicitate pergerendo, scilicet ab M versus A per B, D, E, seruacabitur dupla mensura id est ut arcus QMA sit simplex, arcus vero ABDEO duplicatus, sicut hic sumptus. Quare ducto radio MF, ex producta reliqua est Q, si ad ipsam ex N ducatur perpendicularis NP, erit punctum P centrum gravitatis arcus ADEOMADEO, quod necessaria exigit ultra centrum F, etens modum arcus duplicati, nonquam gravitatis. Et sic de reliquis: Quae omnia, quoad multiplicationem arcuum intelligenda sunt iuxta ea que diximus. Capitulo secundo ad Postulatum tertium, tunc invenimus quod postulatum non nisi

Primeras y segundas órdenes de

Locus hic Doctrinæque ordo omnino requirere videtur, ut aliarum etiam curuarum linearum Centra daremus gravitatis, maxime autem partium lineæ Ellipticæ, reliqua- rumq; sectionum Conicarum. Quæ res, cum sit hominis si non perspicacis in Geometricis, certe quietoris ab occu- pationibus, quam ego nunc sum; neque desint alij qui hu- ius Geometricæ Scientia naturam ac indolem perspectam habeant, in eisq; adyta poterent. & ab universalibus instructi preceptis, qui- bus Theorematia & Problematia innumera exquirandi eademque demon- strandi facilitas comparatur, hisce merito hæc & similia inveni- enda, ac demonstranda relinquimus. Talia projecto & hæc ipsa a viro Archimedeo JOANNE DELLA FAILLE Societatis no- stræ Sacerdote, suo merito exspecto; qui in Opusculo de Cen- tro gravitatis partium Circuli & Ellipsis, in Praefatione ad Lecto- rem sic scribit: Plurimum ad hoc magnitudinem, de quibus nemo ha- bens, centra gravitatis determinari sensim edenda &c.

Hac autem Ceteri gravitatis indagatio hōc & Propositionibus hodiernis factis
speculationem habuit non infinitam, primitaque certam, sic Corollarie post ipsa veras
hōc est Scholae, digna proposita que proprium sibi affirmant Caput, immo et ea ipsa
ut aliud repetatur per se moretur. Id quodcumque facere desipimus. In statu in cuius

M V I L O U S 2

DIGRESSIO DE QUADRATURA GIR culi Lineaque Quadratice.

C A P Y T U M VI.



I. Tympanique inscribitur **Quadratura circuli**.
sine possumus arduitate efficerit, ut nō facile dixerit, ut certe
michi persimile habebo vix Geometram, qui aliquo saltē loco ha-
bitus sit, unquam existisse que non plusculas horas, nec dicere die
mensisse aut annos, contemplationis hinc trahiderit. Immo, nō aliquem ex Tyrannis
sufficere, qui, postquam saltē quid nominis resque esset **Quadratura circulivaria**
que cognovisset, sibi certo certus non promiserit, nobilissimi illius Laurentii se fort
Auctorem. Quia quidem, de Philomathematicis incipientibus maxime, siisque
mirantibus, mira nemini videri debent, sciendi neque instrumentis precios
cupido. Hoc mirandum magis existisse, que non solum hoc Inventum sibi tribuerint,
typis per totum mundum evulgaverint, minio cinnabariq; depinxerint; sed etiam se
omnīs patē putēt. Geometricē demonstrassent, contra quosvis typquam pro grātia fō
cus certaturi, mordicus contendent, dum interim nō nisi proprios errores, immo al-
quando etiam alienos, jucundisque quosdam paralogismos, orbi universo vendiderint.
Hinc nata varia variorum Cyclometrica, Cyclometrica, Circuli dimensiones, Tetra-
gonis, Circulique Quadraturæ. Non deficiunt certe inter illorum tractatus, quid
ne errore vides possint, vel ipsum Archimedem sexorum argumenta non sunt veriti, cum
que Tyrannidis accusare, Arithmeticam Geometriamque ipsam in jus vocare. Et
ne quid Philautia non tribueretur inventi sunt, qui quod ipsi invenire se posse de-
sperarant, nullum alium posse, atque adeo Terragonismum absolute impossibilem, cura-
que ad rectum nullam proportionem esse proclamarunt. Ita fallimur, & fallimur.

2. Ab aliis cum Philosophorum Principe, & ceterisque non parvi, namvis Georges
tris, secessantes afferint, Quadraturam circuli esse scibilem, etiam si nondum da-
re sit illius scientia. Num audimus Eutocium Alcalonitanum, Archimedis De Circu-
li dimensione Commentatorem, qui quinto Christi saeculo claruit. Circuli circuitū feten-
tam, shavit, magnitudinem esse omnibus perspicuum est; atque ut arbitror, ex
earum humero quid ad unum duncaxat divisibilis sunt; est autem & recta li-
nea illius ejusdem speciei, Ea quamquam nondum appearat fieri posse, ut
circumferentia circuli aqualem rectam lineam inveniamus: esse tamen natu-
ra rectam quandam ipsi aqualem, à nullo unquam est dubitatum. Missis
ergo pluribus, que aliunde ad hanc stabilendam sententiam litteret adducere, in reno
presen-

præsentem veniamus. Quis enim, qui Geometriam saltem à limine salutaverit, non una cum illius Principe superficiebus sua concesserit gravitatis centra: & eodem prorsus jure pro lineis, talia centra quis non admittere debet, ut nos jam primò facimus? Quia projectò centra magnitudinibus illis re ipsa convenient, atque suo loco sine loco singulis quibusvis insunt, ut pote in inderibili, nemine etiam cogitante. Dato igitur vel semiperipheria, vel ipsiusmet plani semicirculi gravitatis centro, Quadraturam etiam dari circuli necesse est; & alterutro supposito, alterum sua sponte sequi. Quod ipsum sane non ultimum est nec minimum ex ijs, que plurima Geometricis insunt, mysterium. Quid enim Quadratura circuli cum centro gravitatis sive linea sive plani? Reconda hæc sunt quodammodo, & tamen manifesta: ac proinde jure merito Paradoxa dicenda.


3. Archimedem projecto, et si is in Scriptis suis qua extant, plurima dissimulet, plurimum tamen circa circulum quadraturam ipsum fuisse occupatum, multumque in eo laborasse nullus ambigo: neque omnino incassum; fructum enim laboris illius non exiguum fuisse astimandum est. Ab illo enim primo habemus propinquam & proximam, peripheria circularis ad diametrum rationem: Triangulum item rectangulum illud aquale esse circulo, cuius alterum circa rectum latus aquale sit ei recta, que peripheriam adaequet, alterum vero sit ipsa Circuli semidiameter. Et tandem in Spiralibus ipsam Circuli Quadraturam, licet eam nondum omnibus numeris absolutam, nobis reliquerit. Sudassc circa hoc negotium, ut supra diximus, plures ex antiquis aliis; plura id comprobant & iudicia & testimonia. Quorum non postremum locum obtinet illa, quam teste Pappo Alexandrino [lib. 4. Collect. Mathematicarum] Nicomedes & Dinostratus assumpserunt, Linea segregaviossa, Quadratrix, vel Quadrataria dicta, cuius genesis, proprietatesq; excellentes, quamvis non omnes, fuse explicat Clavius noster [in fine tam lib. 6, Elementorum, quam lib. 7. Geometriae practicæ.] ut & ipsem quem dixi Pappus.


Vltimum ergo Mirabile illius linea punctum, in quo nimis vno omnis, omneque momentum ac pondus circa Quadraturam Circuli confluit, quodque neque antiqui, neque moderni, (interque illos nec nos ipsi) omnino geometricè determinant, ipsum tamen Centrum esse Gravitatis semiperipherie circuli, nos primum rurido manifestamus. Invenio ergo hoc centro, quounque tandem modo, inventare esse, tam diu desideratam Circuli Quadraturam, clarum est. Neque unam tantum, earumque Quadrantis circuli, prout hactenus creditum est; sed infinitas alias ejusmodi, infinitarum aliarum circuli partium, dari Lineas Quadratrices, iisdem donatas, quibus illa privilegijs, mox ostendere aggredimur.

PROPOSITIO I.

*Centrum gravitatis semiperipherie circuli,
Vltimum esse lineæ Quadratricis punctum.*

E Sto semicirculus $ABCD$ bisectus à radio AC , atque in ejus Quadrante ABC inscripta Quadratrix BE , cuius vltimum punctum sit E . Dico hoc punctum E , esse idem cum centro gravitatis peripherie semicircularis BCD . Est enim [ex propos. 2. cap. præcedentis] ut peripheria BC , ad semisubtensam AB ; ita radius AC , ad rectam A





E, Centrum gravitatis quod diximus assignantem; ex qua proportione ostensum est, punctum *E*, esse centrum gravitatis peripheriae *BCD*. Sed etiam præcipua proprietas Lineæ *Quadratricis*, est eadem proportio [ex propos. 26. lib. 4. Collect. Mathem. Pappi, & Clavio locis citatis ante]. Nimurum ut eadem peripheria *BC*, ad eandem *AB*; ita eadem *AC*, ad eandem *AE*, ultimum punctum *Quadratricis* determinantem, Minimamque illarum quæ ex centro ad lineam ducuntur. Ergo punctum *E*, quod est positum centrum gravitatis peripheriae semicirculi, est etiam ultimum punctum *Quadratricis*. Quod erat demonstrandum.

C O R O L L A R I V M .

Ergo dato quoctunque tandem modo (dummodo is geometricus sit) centro gravitatis peripheriae semicirculi, dabatur *Circuli Quadratura*. Cum enim, ut habet illa, de qua diximus, præcipua proprietas, *AE*, *AB*, *BC* sint continuè proportionales; si fiat ut *AE*, ad *AB*; ita *AB*, ad aliam rectam, erit ea bis sumpta peripheria *BCD* æqualis, ac proinde ex inventis Archimedis, Quadratum cuius latus media proportionalis existit, inter illam & radium *AB*, æquale erit circulo proposito.

Supposita autem *Quadratura circuli*, hoc est, proportione peripheriae ad diametrum, seu partis illius ad partem hujus, verè & geometricè dabatur Centrum Gravitatis cuiusvis peripheriae, seu arcus circuli: ut constat ex cap. præcedente.

P R O P O S I T I O I I .

Qua ratione infinite dentur Quadratrices, seu Quadratricis Aemulæ.

Circularis enim peripheria in infinitos secari potest arcus, quorum singulorum [ex capite præcedenti] centra dantur gravitatis, quod vniuersusque Lineæ *Quadratricis Aemula* ultimum erit punctum. Vocamus enim, ad distinguendam *Quadratricem antiquam*, à novis nostris, eas *Quadratricis Aemulas*.

Eundem autem prorsus hæ Lineæ *Aemula* quam *Quadratrix* ortum habent & genesis. Esto enim proposita circularis peripheria; semicirculo sive major sive minor, quæ sit *BCD*: Medietas ergo ipsius per continuas bisectiones secetur in quatuor partes æquales; in exemplo nostro sint octo, & ex centro peripheriae *A*, prius invento vel dato, ad puncta sectionum educantur radij, ut pote *AD*, *AE*, *AF*, *AG*, *AH*, *AI*, *AK*, *AL*, *AC*. Deinde semibasis *AD*, in totidem etiam tribuatur partes æquales in quot data semiperipheria secta est; eductæ enim ex divisionum punctis rectæ, ad ipsam *AD* perpendicularares, secabunt correspondentes suos radios in punctis *D*, *N*, *O*, *P*, *Q*, *R*, *S*, quæ convenienter juncta, Lineam dabunt (si peripheria proposita semicirculo æqualis fuerit) *Quadratricem*, aut *Quadratricis Aemulam*. Quod erat faciendum.

S C H O .


S C H O L I V M

1. **P**unctum ergo D linea Quadratricis vocatur Principium, T vero Finis seu Ultimum. Ipsa vero Quadratrix; seu **A**emula D O T, dicius adscripta peripherie circulari D G C. Ita ut comitant nomine **V**am Quadratrix, quam ipsius a mula ADSCRIPTA dicuntur, passit. Rectarum arcucentrum A, ad lineam descriptam, minima est A T, in qua Finis differt propter A D, vero, in qua principium maxima, que quicunque semper est radius. Quod autem radio propinquior, si remotior, semper major excedit; ut et facile demonstrari posset. Rebus deinde A D, cum Clavis vocare patet, minus etiam Quadratricis latus, A T vero etiam Basim.

2. Postulant uitem in de scriptione illius, puncta illa per qua ipsa describenda, & propter obliquas inter facies in dighoferi sequitur, easdem arte inventari, quia supra [propos. 3. cap. præcedentis] puncta E, G, &c. inventa sunt. vido Clavis um locis superius citata.

3. Has denique lineas Quadratricis annulas, tandem prorsus habere cum Quadratrici proprietates, ex sequentibus manifestum erit. Ea sola excipitur proprietas, que ob inaequalitatem basis & radij Aemulis messe non potest, ut nimirum arcus, qui Aemula adscripta est, tanta, & minima e centro ad lineam educta, continuè sint proportionales.

4. Quod vero in omnibus sit ut arcus D C, ad semibasim a D; ita D A radius ad AT minima eductam, constare potest ex supradictis [propos. 2. cap. præcedentis] & demonstrari exenti Patione, ducendo ad impossibile, qua Pappus & Clavius idem de Quadratrice demonstrant. Quod brevitas causâ facere emitto.




5. Hinc

5. Hinc etiam, atque ex propositione proxime precedenti, constat demonstratio propositionis tertie cap. precedenti, ea enim ratione qua' ibi centrum gravitatis invenitur, habetur etiam ultimum Quadratricis, seu ipsius Aemula punctum, ut ostendit Clavis locis supra citatis, de ipsa Quadratrice.

P R O P O S I T I O N I

Si minima illarum, quae e centro ad Lineam adscriptam educuntur, statuatur semidiameter ad quam describarunt peripheria aliqua, arcus hujus, qui similis sit illi arcui, cuius Linea adscripta est, erit semibasi aequalis.



In eisdem figuris concentrica intervallo $\hat{A}T$ descripti pars sit arcus Tb , qui quidem similis est arcui CD , inservientibus quippe iuxta terceptus AC et AD radicibus. Dico ipsum arcum Tb , semibasi AD aequalem esse. Constat enim ex superiori tribus esse, ut arcus CD ad DA , ita DA recta A , ad Tb ; ex permutando, ut CD ad DA , ita DA ad A . Tunc & dividendo, ut CD ad arcum CD , ita A ad Tb , sed ut CA semidiameter ad suum arcum CD , ita eadem AT semidiameter ad suum arcum Tb [sunt enim, ut demonstratur a Pappo & Clvio, peripheria & radii proportionales] ergo [per g. quinti] recta DA , & arcus Tb inter se sunt aequales. Quod erat demonstrandum.

COROLLA RIVM.

Ex his sequitur cuicunque arcui dato, dari posse ea qualis rectam, sic enim datum quisvis arcus CD , cui intelligatur adscripta Aemula DA , aut

T. aut latrem in radio AC , ultimum illius punctum T . Fiat ergo ut A ad D , ita AC ad aliam, erit illa dato arcui *æqualis*. Constat ex demonstratis.

P. R. O. H. O. S. I. T. I. O. IV.

Si ex centro circularis peripheria, cui adscripta sit Quadratrix vel ejus *Æmula*, cibancur radij lineam Adscriptam secantes in punctis, ex quibus ad basim ducantur et perpendicularares, et parallelae; erunt arcus peripheriae inter radios interjecti, paralleli, vel segmentis basis, inter perpendicularares positis proportionales.

Resumantur eadem figuræ, in quibus ex centro A radij ejeci sunt AF, AI , secantes Adscriptam in punctis N & Q , ex quibus ad basim ductæ sint perpendicularares NV, QX , & eidem bâni parallelae NT, QZ . Dico ut est totus arcus DT ad arcum FC , ita esse basim Da ad parallelam NV , vel ad segmentum Va . Item ut arcus DF ad arcum FI , ita DV ad VX ; et ut FI ad IC , ita VX ad Xa . Et denique ut DF ad IC , ita DV ad Xa . Quæ omnia clara sunt ex ortu *Adscriptæ*, qualis enim pars est arcus DF , ipsius arcus DC , talis DF , ipsius Da , &c.

C O R O L L A R I V M . I.

Habetus primo ex his ratio, quo quibus arcus dividî possit in qualibet proportione. Arcui enim GD dividendo, adscribatur vel *Quadratrix* vel ejus *Æmula*, & basis Da segetur, *per ea que docet Clavius ad propositum lib. 6. Euclidis*, in quoquo V in proportionem datam. Nam si ex hoc punto ad basim D erigatur perpendicularis, secans adscriptam in aliquo puncto N ex centro A , per punctum N educatur radius, dividet is arcum datum in punto F , in proportionem datam.

C O R O L L A R I V M . II.

Habetur secundo modus dividendi datam totius circuli peripheriam in quodcumque partes æquales, ac proinde ipsa **POLYГОNAGRAPHIA seu Inscriptio omnium Multangularorum regulatrum in circulo**. Dividenda enim est diametrum circuli in proportionem datam, hoc est multitudinis laterum, unus nonnullum ad reliqua [*per eadem que docet Clavius loco proxime citato*] ut pro triangulo, unus ad 2. pro pentagono, unus ad 4. &c. & ex punto divisionis erienda perpendicularis, quæ Quadratricem socet: Nam si per sectionis punctum eiiciatur radius, secabit is peripheriam in punto, ex quo si ad dictam diametrum ducatur perpendicularis, & producatur usque ad peripheriam circuli; habebitur latus polygoni proportionis. Exempli gratia in iisdem figuris sit media, quæ semicirculum fecerit, medietas circuli proportionis, cui inscribendum sit heptagonum; diameter BAD dividatur in 7. partes æquales & si D una, ad AB reliquias, ut 1 ad 6, & ducta perpendicularis ah secet Quadratricem in punto I , per quod radius Ab ductus signat in peripheria punctum b , ex quo deducta perpendicularis bg ad diametrum BAD , erit ea semilatus heptagoni dato circulo inscribendi: Sic quia punctum f diametrum DB ita dividit, ut sit Df ad fb , quam ad medium 1. ad 3. et huiusque AH transversa per, ubi perpendicularis dicu-

dichilatis fP Quadratricem secat, erit perpendicularis AD , que ex H ad BfD ducitur, semilatus quadrati circulo proposito inscribendi. Et sic de reliquis.

PIRQHOSIΩE VI.

Si peripheria circula feceris ut cunq[ue] in duo segmenta, quibus adscripta intelligatur, unicunque seorsim. Aemula vel ultimum saltem ejus punctum erit rectangulum sub semiperipheria unius segmenti, & ea quae ex centro circuli ad ultimum punctum sibi Adscriptar; equale rectangulo sub semiperipheria alterius segmenti, & ea quae ex centro circuli ad ultimum punctum sibi Adscriptar; pertinet.



Esso peripheria circuli BCD , cuius centrum A , secat per rectam BaD , ut cunq[ue] in duo segmenta BCD , & BcD , que ipsa bisecta sint per rectam CAc , & sic T ultimum punctum eAd scripta majori segmento, & vero ultimum punctum eAd scripta minori. Dico rectangulum sub arcu CD & recta AT , & equale esse rectangulo sub arcu cD & AT recta. Est enim [ex Num. 4, scholij propos. 2. hujus cap.] ut CD ad Da , ita AC ad AT , atque adeo, [per 16. septi,] rectangulum sub CD & AT , & equale rectangulo sub Da & AC : sed [per eandem] eidem rectangulo sub Da & Ac seu Ac (sunt enim Ac & Ac radij, ac proinde aequales) atque est rectangulum sub cD & AT ; cum sit ut cD ad Da , ita Ac ad AT . Ergo rectangulum sub CD & AT , & equale est rectangulo sub cD & AT . Quid erat demonstrandum.

COROLLARIUM I.

Ergo dato ultimo punto Adscripto alterutri segmento, sive recta, verbi gratia, AT , cum radio & semibasi, dabitur etiam ultimum punctum alterius segmenti, seu recta Ac . Nam si fiat ut AT ad Ac ita Da ad aliud, habebitur AT . Sice, diam si fiat, ut Ac ad Ac , ita Da ad aliam, erit ea Ac . Idem habebitur si loco vel radij vel semibasis, vel utriusque defetur, vel hoc, vel illa semiperipheria, vel utraq[ue]. Exempli gratia, si fiat ut CD ad cD , ita Ac ad aliam, erit illa AT . Et similiter ex aliis datis, alia haberi posse quæsita, ex supra positis proportionibus manifestum est.

COROLLARIUM II.

Plurimum potro ultimum Adscriptum T vel c , cum sit centrum gravitatis suæ peripherie, dato scilicet alterutro hoc gravitatis centro, & circuli centro, alterum haberi etiam ex alio fundamento potest. [ex propositione quidam Octava capitulo 2.] Ex illo, namque habetur esse: ut CD ad cD , ita Ac ad AT .

COROLLARIUM III.

Quod ipsum potendum, atque tanquam Corollarium, utriusque ex hujus & illius Propo-

L I T B R A I D C H A P T E R E VI.

Propositionis habendum; nimurum in quavis Circuli totius peripheria, in duas partes utcunque seca esse, ut arcus major ad minorem; ita permutauntur minimae carum, quæ ex centro Circuli, & ad *Emulam* minori adscriptam, & ad ipsius centrum gravitatis ducitur; ad minimam quæ ex eodem circuli centro, & ad *Emulam* majori arcui adscriptam, & ad ejusdem arcus centrum gravitatis pertinet.


C O R O L L A R I V M . IV.


P Atene ex predictis compendia minime spernenda, pro structura Tabule, de qua super Capite precedenti, post Corollariū Propositionis secundæ Lectorem monuimus.

P R O P O S . VI.

ADSCRIPTAM
quancunque, cum sua
ex centro minima da-
tam, continuare, ac pro-
ducere in infinitum.

I. Sit data, in prigna hujus appositi Schenatis figura, *Emula*, seu *Adscripta* *T*. *P* *D*, cum sua minima ex centro *A* *T*, eaque sit, exempli gratia, adscripta arcui Quadrante minori [quod constare posse ex dista *AD*, faciens cum data *AT* angulum acutum, propositione proxime sequente docemus]. Oportet eam in infinitum secundum partem suam producere. Ex centro *A*, secundæ figurae (in qua translatus *Adscriptam* datum *T* *P* *D*), ad intervallum *AD*, describatur arcus *CDE*, se-
cans productam *AVB* in finitam rectam *AE*, perpendiculariter actam ad *AC*, in *E* fiat deinde ut arcus *GHD*, ad Quadrantem *CDE*, ita, recta *AF* (quæ per *F*, ex *D* punto, ipsi *CA* parallelam, ex eadem *AE* absindetur) ad aliam, quæ sit *AG*. Centro igitur *A*, interyallo *GG*, describatur semicirculus *GK*, &





Ex his manifestum est primum, Quadratricem continuata unam ex illis lineis esse, quae cum recta in eodem plane designata, nunquam invicem coincident, etiam si utrque in infinitum protrahantur, & quanto longius producantur, tanto sibi invicem propiores evadant. *Adscripta* enim TD GQ , perpetuo ad rectam A M accedit, cum eodem tamen convenire non posset; eo quod per intersectionem ejusdem cum Radio AS , quae nulla est, cum AS & LM parallela sint, transire debet.

COROLLAS RIVM II.

PAtet secundò, cum superius hujusmodi lineæ terminum seu Punctum T , unum cum Clavio *Vlum* vocaverimus, & alterum terminum ejusdem *Principium*. Hic nos cogi ad mutandam sententiam, aseverandumque nobis esse lineæ huic nec principium nec finem dari posse; cum Radix AT , AS suas correspondentes perpendiculares fecare nequeant. Patebit tamen infra, nos extra punctum T in *Adscripta* quodvis assumere posse punctum, quod ipsius dicatur *Principium*.

PROPOSITIO VII.

Data Ad scripta quavis, una cum sua ex centro minima, Verane ipsa antiquorum Quadratrix sit, an ejus Æmula, & qualis, dignoscere; & insuper ipsius Radium, atque arcum circuli, cui ea adscripta fuit, ipsovenire.

Sic

Sit data Adscripta TPD , cuius principium sit D , & Ultimum ipsius punctum T , vha cum recta TA , minima nimis ad ipsam ex centro erecta. Oporteret invenire ea² duas diximus. Ducta ex centro A ad punctum D , recta AD , ex A ut centro ad intervallum AD , usque ad productam AT , versus T usque in C , describatur arcus circuli DHC , qui erit is ipse cui Quadratrix si-
ve $Amalia$ adscripta dicitur, & Recta AD ipsius Radius.

Qui si ad rectam TY perpendicularis sit, erit data curva linea antequorum **Quadrantum**, & recta AD ipsius latus, arcusque ductus **Quadrans** circuli.

Quod si angulus $\angle A$ obliquus fuerit, erit Adscripta data Quadrantis A adscripta quidem arcui Quadrante minori, si angulus dictus acutus fuerit, majori vero $\angle B$ obtusus.


Dicta denique ex D'ad T A perpendiculari Dz, et in ea semichorda arcus illius cuius invenies data est, quam alibi Basim etiam vocavimus. Ergo factum est quod propositum fuit.

Sunt hanc omnia ex superioribus [maxime ex propositione secunda hujus] tum etiam ex figura, atque ex ipso *Adscriptorum* ortu ita clara, ut vix hac transductione, ne dubii demonstratione aliqua, opus fuerit.

PROPOSAL VIII.

Data Ad scripta
quavis, una cum sed ex
centro minima, supalent
ei, sive majorēm sive
minorem, descubere.
Similes autem vocō eas,
quae ad similes. & circulo-
rum arcus spectant.

Data sit *Adscripta TFPD*,
cum minima ex centro *T*
A; & arcu suo *CTHD*. [per
precedentem descripto]. Opor-
tet ei similem sive majorēm,
sive minorēm exhibere. Du-
ctis & productis *AD* & *AT*,
describatur ex centro *A*, ad in-
tervallum *AB*, (majus quidem
quam sit *AD*, si *Adscripta* de-
lineanda similis, major esse
debet data; minus vero si mi-
nor) arcus, ad quem deline-
anda *Adscripta* spectet, qui sit



etiam de motu circulare, & rectæ ZG , parallelum versus AI , & circularem radij AG , per Quadrantem GIP , à puncto G versus I , per intersectiones imaginarias eduxerunt suam Quadratricem; ita nos easdem, ijsdem legibus, & per similem motum produximus; per motum nimirum rectum & ipsi AC parallelum, ejusdem rectæ linea ZG , quantum satis est prolongata, à ZG versus LM ; & ejusdem radij AG duplicati (nam etiam quadrantem IGC , duplicavimus, ita exigente natura Adscriptarum quæ lineas rectas, & correspondentes circulares, vult esse perpetuo proportionales) & quantum satis est extensi, motum circularem, per quadrantem GVK , à G versus

sit in producta AG recta GL ,
 aequalis ipsi AG . Divisis ergo
 tam semiperipheria IGK ,
 quam recta AL , in quotuis
 partes aquales, singulis pares
 numero, & per divisionum
 puncta, peripheria quidem;
 ex A educantur radij; per pan-
 eta vero rectae AL , linea perpendiculares agantur ad eam-
 dem AL ; & sint harum ter-
 næ ultimæ, rectæ LM , NO ,
 XQ ; illorum autem, Radiorum
 scilicet, AQ , AR , AS ;
 nos in exemplo facilitatis cau-
 sa 16 partibus contenti fu-
 mus, & ad evitandam confusio-
 nem non omnes lineas duximus.
 Quare si harum perpendicularium, & Radiorum sibi mu-
 tuo correspondentium, inter-
 sectiones dextrè jungantur, ut
 in precedencibus diximus
 erit descripta $\text{Æmula } TPDG$
 Q : Quam dico primitò secun-
 dum naturam suam continua-
 tam esse usque in Q . Secun-
 do, si spatium detur sufficiens
 ea ratione nos continuare
 eandem posse in infinitum.
 Tertiò eandem transire per
 omnia puncta ab initio datæ
 Adscripta DPD .

*Adscriptam enim TPD
Gesle Quadraricem antiquo-
rum, ad Quadrantem IG spe-
ctantem, constat ex constru-*

versus K . Substituimus autem motui huic imaginario, quemadmodum etiam fecit Clavius, in Quadratricis descriptione, radiorum & perpendicularium, per partes aequales peripheriae semicirculi IGK , & duplicati radii AGL educatarum, intersectiones reales, atque per illas datæ Adscriptæ produximus continuationem: Constat ergo Continuatio. Quod est Primum.

2. Infinita autem ejus continuatio ex eo habetur, quod cum omnes perpendicularares & Radii sibi correspondentes concurrere possint, ac se mutuo secare, in punctis per quæ Quadratrix transire debeat; exempli gratia, Radius AQ cum perpendiculari XQ , Radius AR cum perpendiculari NO , &c. Ultimus namen Radius AS , cum parallelus sit correspondenti sibi perpendiculari LM , nunquam, etiam in infinitum virisque productis, ad intersectionem convenientem. Quia vero intervallum, tam secundum rectam QM , inter perpendicularares NO, LM , quam secundum circularem KV , inter Radios AVR , & AKS , in infinitum divisibile est, ac proinde infinitas perpendicularares & Radios sece intersecantes suscipiat, per quarum intersectionis puncta Quadratrix vicerius, qualiterlibet libuerit, producibilis est. Constat ea, de qua diximus, Infinita Continuatio. Quod est Secundum.

3. Quod tandem descriptæ nostræ Quadratrica $TPGD$ pars, transeat per omnia puncta dæcæ TPD , ex iisdem fundamentis patet, per motum simili-
rū autem prædictum imaginarium, apt per subdivisiones & intersectiones factas,
& per propositiones præmissas. Data enim Adscripta TPD , eodem modo
nata est & per radioru[m] ex A educitorum, & per perpendicularium ad AD eductarum intet sectiones, quo ejusdem Quadratrica $TPDG$, pars TPD pro-
ducta est; neque illa alia talium intersectionum puncta dari possunt, per quæ
vtraque tamen Adscriptæ, quam Quadratrica pars non transeat, sunt ergo eadem.
Et sic constat Tertium.

4. Jussimus autem in constructione proportionem instituere, videlicet, ut
est arcus CHD ad Quadrantem CDE , ita sit recta AF ad aliam, ut habere-
mus AG , latus Quadratrica TDG . Est enim [ex propositione quarta hujus ca-
pituli] ut arcus IT , ad ITG Quadrantem, hoc est, ut CHD , ad CDE ; ita AF , ad AG ; Constat ergo totum. Et sic datam Adscriptam continuavimus in-
infinitu[m]. Quod faciendum erat.

5. Ex his denique constat, qua ratione etiam ipsa Quadratrix, vel alia Ad-
scriptæ, quæ ad arcum Quadrante majorem spectat, in infinitum producenda
sunt: quare plura non addimus.


S C H O L I V M .

V Tero rectæ ex centro A , & perpendicularares sive parallelae predictæ, filiius
& certus ducantur, pro illis Iex A centro majoriem descripta semicirculum, in tot
partes dividendum, in quot semicirculus IGK divisus est; sic enim habebuntur pro quo-
libet radio ex A educendo, alia duo puncta; Pro parallelis vero, si sub recta AL ,
ipsi alia remota parallela sive ducatur, inter perpendicularares AS & LM contenta,
eaque in totidem partes aequales sectetur, quot ipsa AL secta est, consurgent pro quovis
perpendiculari agendæ, bina puncta ad propositionem optabuntur.

C O R O L L E A R I V M . I .

Ex

DE CENTO GIRAVIT.



BIE, qui quidē erit similis ipsi **CHD**, cum sit inter eosdem, ex **A**eductos radios **AC**, **D**. Possimus ergo duobus modis *Adscriptam* delineare, quersiram, ordinario nimirum per intersectiones radiorum, & perpendicularium, jam supra descripto; vel peculiari datis jam aliquibus radijs, per quos data *Adscripta* delineata fuit. De priori modo non est quod ultra verba faciamus.

Alter delineandi modus institū potest per proportionales radios, maxime si ipsi, ut diximus, ex descriptione datae *Adscripta* jam ducti habentur. Sint enim radij dati ad *Adscriptam* educti & producti (æquales arcii **IB** intercipientes arcus) **AE**, **AL**, **AK**, **AN**, **AB**, &c. Ergo si fiat in prīmis vt **AC** ad **AT**, ita **AE** ad aliam, habebitur **A**, **K**, determinans ultimum punctum *Adscripta* delineandæ.

Deinde vt **AT** ad **AK**, ita **A**,

F ad **AL**, habebitur in radio **AF** sequens punctum **L**, per quod *Adscripta* transire debet. Et rursus vt eadem **AT** ad eandem **AK**, ita **AP** ad **AM**, dabitur in radio **AP**, punctum **M**, per quod *Adscripta* ducenda est. Et sic de reliquis. Puncta deinde inventa dextrè juncta dabunt *Adscriptam* **KLMNB**, vel **KLMXNB**, illam nimirum similem datae **TFPD**, hanc vero similem datae **TFPDQD**. Quod erat faciendum.

Quod autem radij omnes per *Adscriptas* **KMN**, **TOD**, **KMB** in eisdem secentur proportiones, sic demonstratur. Ductis ad **AO** ex punctis inventis in *Adscripta* data, & alijs jam delineatis **L**, **F**, **L**, **M**, **P**, **M**, perpendicularibus **LQ**, **FR**, **LS**; **MS**, **PV**, **MX**, erunt in triangulis **ALS**, & **AMX**, ductæ rectæ **AL**, **AQ**; **AF**, **AR**; **AL**, **AS**. Item **AM**, **AS**; **AP**, **AV**; **AM**, **AX** proportionales [ex secunda sexti Euclidis]. Sed vt **AQ**, ad **AR**, ita est **AS** ad **AV**: & ita etiam **AS** ad **AX**; sunt enim hæ duplæ illarum, ex constructione *Adscriptarum* per intersectiones, [& ex propositione 4. hujus capitii]. Nam quoniammodum arcus **CTH**, duplus est arcus **CT**, ita etiam recta **AV**, dupla est recta **AR**. Cum ergo latus **AS** trianguli **ASL**, & latus **AX** trianguli **AXM**, in eisdem proportiones secta sint, etiam latera **AL** & **AM** eorundem triangulorum, hoc est radij, **AL**, **AM**, in eisdem proportiones distincti sunt. Et sic de reliquis. Quod erat ostendendum. CO-

COROLLARIVM I.

Ex demonstratione sequitur si plures sint similes Adscripte ex eodem centro delin-
cti, ut sunt illae in figura hujus Problematis propositæ, subtensas Adscriptarunt
inter eosdem Radios omnes esse parallelas. Vt si ducerentur rectæ $L M, F P, L M$, et
essent inter se parallelae [ax secunda sexti] propter latera $A L, A M$, trianguli $A L M$,
in eadem, ut ostendimus, proportiones factæ: sic parallelae sunt ductæ subtense
 $T D, K D$. Ex quo sequitur.

COROLLARIVM II.

Ad coroll. o

Ad coroll. o


Ad coroll. o

Alius ex his deducitur modus datae Adscriptæ similem describendi. Exempligra-
zia: data Adscripta $T P P D$, scilicet alia similis describenda. Ductis radijs jungantur
in primis puncta $F P, P P, P D$ &c. Ut habeantur subtensa $T F, F P$ &c. Deinde invento
puncto K [ut supra in Proposito ostendimus] ex eo versus radium $A L$, ipsi $T F$ ducatur pa-
rallela $K L$, & ex L ducatur ipsi $F P$ parallela $L M$, & ex M parallela alia, ipsi $P D$,
nimisimum $M B$, habebuntur puncta K, L, M, B priusque Adscripta, quæ delineanda
est, transire debet.

PROPOSITIO IX.

Data, quævis Adscripta, cum sua ex centro minima,
affendere quo modo ipsa vel tota, vel ipsius pars, ipsiusque
ultimum punctum, ad quemcunque propositum arcum circuli
spectet, ex quo punctum ipsa describatur, ipsi minima vel
qualem, vel similem modo idem propositus arcus major non exi-
stet, quam ut simul sit in arcu, sibi. Data adscripta intelligi-
gitur; aut certe, si major fuerit, Adscripta data præter, quan-
tum sufficerat, prolongata se.

Esto in sequenti figura data Adscripta quævis, cuius ultimum punctum esto T , &
minima ex centro $A T$, & si arcus datus ad quem ultimum punctum T , & con-
sequenter, vel tota vel pars daret curva linea, tangquam ei adscripta pertineat,
qui sit primò Quadrans sui circuli. Ex punto A ad rectam $A T$ ducatur
perpendicularis AG necans $A T$, datus nam in Quarto (V) atque centro A ,
intervallo autem AG , describatur Quadrans circuli GHC ; si ergo semidiame-
ter arcus datis æquals fuerit rectæ AG , habentis quod volumen; Adscripta e-
nim TEG , est ea quæ pro Quadrante daret quadraturam. Si autem data semi-
diameter ipsa AG maior, vel minor fuerit, habentus ei similem, eundem sci-
licet Quadrantem CHG , ad quem eadem Quadratrix TEG , ejusque ultimum
punctum T spectat, non inservientem arcu, quæ datur, nisi in rectâ AG sit. Sit
autem AG



*N*on habet enim arcus datus adscriptam, nisi sit secundum datus arcus BDE , major vel minor Quadrante, minor tamen semicirculo. (Si maior esset, sumenda est ipsius medietas, cum de medietatibus hic solum sit sermo) incipiendo a linea AT , si opus fuerit producatur a punto scilicet B , cuius si alter terminus E praeceps attigerit *Adscriptam* datam, factum tenet, Enrique *Adscripta TE*, vel TEE , ea quae spectat ad arcum propositum BDE .

Quod si descriptus ille arcus, qui sit jam FIK , obiectus esset vel minor quam ut ejus terminus seu finis K , *Adscriptam* datam attingere posset, describendus est ei similis qui in *Adscripta* terminatur: quod fit si educatur ex centro radius ad punctum

K , terminum arcus descripti, qui vocet *Adscriptam* in aliquo punto F . Nam si ex centro, ad intervallum AE describarus arcus BDE , erit ipse & priori similis, & talis ad quem datae *Adscripta* pars, ejusque ultimum punctum T pertinet. Descripimus ergo. *Adscriptam* TE . Quod faciendum.

De Quadrante circuli res constat. De minori vel majori similiter claram eis. Nam si arcus BDE , in quoquis partes aequales dividetur, atque in toidem etiam partes aequales separetur recta illius subtensa, & per divisionum puncta, ipsius arcus quidem eiscentur Radix, per puncta vero subtensa LE , ad ipsam perpendicularares educerentur, haberentur, per correspondentes eorumdem radiorum & perpendicularium intersectiones, alia puncta, per quae eadē datae *Adscripta* TE transiret, ut patet ex propositione secunda huius capitulo. Constat ergo totum *propositum*.

C O R O L L A R Y M Inclusumque est ibi, quod illico arcus Q minor, & Q major, & Q semicirculus, per hoc Problemata, cuicunque arcui dato exhiberi posse, per *Adscriptam* sufficienter continhatam, suum gravitatis Centrum: cum enim ultimum *Adscripta* punctum, sit centrum gravitatis illius arcus, cuius medietati eadem *Adscripta* dicitur, possit autem ex hac propositione cuicunque dato arcui *Adscripta* dici, modo explicato, patet ergo *propositum*.

Quod si ipse arcus datus *Adscripta* accommodari non possit, sed aliud, ipse si similis describendus sit; tunc si fiat ut radius illius similis arcus, ad suam ex centro

etro minimam, ita radia dati arcus ad aliud, habebitur ea quae ex centro arcus, in linea ex eodem centro ad medium punctum totius arcus dati ducta, centrum gravitatis quantum determinat.

COROLLARIVM II.

Considetur etiam si *Adscripta* aliqua datur, in Gradus vel decades Graduum divisas, quod sit per Gradus vel eorum decades illius arcus, ex quo *Adscripta* ortum duxit, ex centro & radij ejiciantur nos posse per hoc Problema arcu cuius datorum graduum centrum gravitatis assignare. Exempli gratia, sit arcus proprius 240 graduum, medietas est 120 graduum: Et sit radius AM eductus per terminum rot graduum, a T versus M numerorum: oportet artui dato centrum gravitatis attribuere. Descripto ex A , ad intervalum AM , ubi radius *Adscriptum* secans arcum MDB , est AT determinans centrum gravitatis propositionis arcus 240 graduum. *Eosic de reliquis.*

COROLLARIVM III.

Introrsum sola Quadratrix in 90 gradus divisa sit, habebimur per hanc propositionem, & per Corollaria propositionis quintae hujus capitii, centrum gravitatis omnium arcuum a duobus gradibus incipiendo, & per augmentum binorum graduum progrediendo, usque ad 360 gradus, seu integrum circulum hoc modo. Sic exempli gratia arcui 90 Gradum assignandum centrum gravitatis, sitque radius AH per punctum $\angle 45$ Gradus determinatus (meditatis scilicet numeri graduum datorum) educus: dupli ergo arcus $\angle DR$ ad intervallum AE ad partes B continuati, Centrum gravitatis est idem T punctum: Ex quo habebimus etiam centrum gravitatis arcus 270 Gradum, qui nimirum cum Gradibus 90 datis, circulum complevit, si nimirum sit ut 270 Gradus ad 90, ita AT para ad aliam, habebitur ea que centrum gravitatis arcus 270 Gradum determinat. Quod si arcus hic descriptus similis tantum sit arcui proposti, habebimus per ea, huc Corollario primo hujus docuimus, centrum gravitatis etiam ipsiusmet arcus proposti.

POROPOSITIO X

Recta linea Chordae instar proportionis, adscribere arcum ita, ut hic ad illam datam habeat proportionem.

Hec Propositio *Eadem* vestrum cum ea, quam Pappus Alexandrinus alijs verbis afferit libro quarto Collectionum Mathematicarum Propositione 40, quam quidem absque determinatione ipsius proportionis, neque perduca saliter problema quavis proportione solvere; sed constructio ipsius conglobata debet sacer timore Quadratrici ab antiquis posso, que sunt ut arcus ad subtensum proprium maiorem proportionem non habeat, quam Quadratricis arcus habet ad suam Basim, seu Radius ad Minimam ex centro. Nos pro qualunque proportione data Problema sic brevissime construimus.

Sit data recta MN , & proportio arcus ad subtensum ea, quae est rectae P , ad rectam Q , itaque si *Adscripta* suffcienter continuata $TEGV$, cum minima ex centro TA . Oportet facere id quod jubet Propositio. Fiat vs. Q minima terminus datae proportionis, ad P maiorem, ita AT minima ad quartam, huic quatuor aequalis adspiciatur AE , *Adscriptum* attingens in puncto E : intervalllo deinde AE , ex centro A describatur arcus BDB , & ex E , ad TA productam, perpendiculariter EL . Quod si hanc EL , aequalis fuerit, ipsi

~~proposita MN, Problema
ti latisfactum est; arcus e-
st medietas illius qui quæri-
tur. Nam ex superiori
axioma [maxime ex Número 4.
Scholi Propositionis secunda
Inclusus] est ut TA
ad AE, ita LE ad arcum
EDB; sed TA ad AE
est ex constructione ut
cuiuslibet chordæ ad P. dirigo &c. Quod ei-
rat faciendum.~~

N

II

M

V

I

A

L

O

N

I

D

E

B

F

G

H

I

J

O

T

R

K

M

V

I

A

L

O

N

I

D

E

B

F

G

H

I

J

Si autem LE major vel minor fuerit quam ~~N~~ medietas data recta, fiat ut semisubtensa JE ad AE radium, ita QN ad aliam, cui si in AE producta si opus fuerit, æqualis accipiatur AK, atque ad intervallum AK ex aliis arcis. XI Fide scriptus, & perpendicularis KX ad AV acta fuerit, erit KR, ipsi ON, æqualis, & arcus KLE medietas illius qui quæritur. Est eam ut Chorda aliquis arcus ad suum arcum, ita alia Chorda alterius arcus priori similis, ad suum arcum [ut demonstratur à Clario Propositione 3. Libro 3. Geometria Practica]. Universaliter ergo Problema & construximus, & demonstruimus. Quod fuit propositum.

C O R O L L A R I U M

P. Attestandum ex his, & precedentibus propositionibus, Quod si in circulo per continuata in Tabella aliqua magna descripta, tamen Constructione qua suscitare inventione centri gravitatis omnium Circuli arcuum, sic pro aliis, & scilicet milia alii pro diversis suis intentionibus, ac usibus. Exempligratia, *Vulnus* noster pro biniis medijs proportionalibus inter datas extremas determinatus, Lineras quasdam Instrumentales delineavit &c.

S C H O L I U M. *Propositio haec est* ad hoc quod si arcus datus haberet ira magnam ad datam rectam proportionem, ut nec que, Adscripta data, neque spatium in quo ipsa delinqua sit, pro eius continuo sufficiens, admitteret constructionem Problematis, scilicet exit nobis dicti arcus ad suam subtensam assumere proportionem, sed ipsius complimento ad semicirculum, ad eandem

It. V. C.

candem subtensam; & secundum predicta in constructione progredi. Habito enim arcu minore data subtensa adscripto, habetur etiam nullo negotio ipsius complementum, ac proinde arcus peritus. Quod ipsum si voluisse, Pappus monere debuisse.

R O P O S I T I O X I .


Dari ex centro gravitatis alicuius arcus circuli, centrum gravitatis totius peripheriae eiusdem circuli; sed non contra.

Propositione ultima capitulo precedentis demonstravimus quidem, dato quovis arcu, ejusque gravitatis centro haberi posse geometricè centrum gravitatis arcus dupli, quadrupli, &c. Et contra, dato quovis arcu circulari, cum suo centro gravitato, haberi posse centrum subdupli, subquadrupli, &c. Ex quo sequi videtur, data integrâ præcise circuli peripheria, ejusque gravitatis centro, geometricè dari centrâ gravitatis semiperipherie, quadrantis, octantis &c. atque adeo dari geometricè ut supra ostendimus Circuli Quadraturam, verum circulus nimis rotundus, pulcherrimo sane ac rotunde huic legi, tanquam ipsi minime subjectus, sine ullius offensione sese subducit. Possimus enim ex dato centro peripherie sive majoris sive minoris integrâ circulari, invenire centrum sive dupla sive subdupla: Sola præcise integrâ circuli peripheria (quasi nimis facile daretur ipsius, & gravitatis centrum, & Quadratura) demonstrationis vi coactâ excludi quidem sese permittit, at relinquens sicas omnes intactas, nullis fractis repagulis, per portam quasi clausam, manente obducto pessulo evadit, deforisque expectantem ipsum Quadraturam egregie eludit.

Esto enim integrâ circuli peripheria ABC, assignatoque ib ea ipsius octante AFB, cum suo centro gravitatis G, [ex propositione ultima capitulo s.] per perpendicularē GH, ad EF, radius, habetur centrum gravitatis H, Quadrantis AFB; & ducta perpendiculari HI ad radius EB, habetur centrum Nemicircularis peripheriae ABC, & tandem ex perpendiculari IE ad radius AE, vel EC, habetur centrum E totius peripheriae AB CD &c, quod esti ex suis radiis suppositum sit esse figuræ seu magnitudinis, hinc tamen arguitur esse & gravitatis.

Attamen viam qua ipsum inventum est, nobis negat ad regressum. Nam ut ex centro E totius peripheriae ADC dato, inveniamus centrum semiperipheriae ABC, ducendus est primo radius ad medium ipsius arcus AB C, radius scilicet EB: deinde, si velimus uti artificio retrogrado, ex E ad radius EB, ducenda esset perpendicularis, quæ nobis in ipso punctum pro centro determinaret; sed hoc fieri non potest; ea enim quæ dueitur ex E versus B, cum ipsa EB coincidit, & sit eadem linea, ostendens quidem in ipsa esse centrum, at certum punctum non signat. Si duxeris ex E versus A, ut sit ipsa EA, erit ea quidem perpendicularis ad EB, sed centrum nullum nobis in ea monstrat: Cum nihil cum ipsa commune habeat, quam ipsum punctum E. Constat ergo assertum.

Atque



ATque hæc per modum Digressionis de Quadratrice circulique. Quadratriga dicta sunt satis. Qui plura de ipsa Quadratrice cupit, videat Clavium locu supra dictis: nos ad nostrum redimus propositum.

IX. O I T I C O T O S.

C A P U T VII.

DE CENTRO GRAVITATIS PERIMETRI FIGURARUM CURVILINEARUM mixtarumque.

Dplenam centrorum gravitatis, ad lineas tam curvas quam mixtas spectantium, tractationem, superest ut tradamus ea que linea dicta concernunt; non ut per se ipsa considerantur, sed prout sunt termini seu perimetri earum, quas terminant, figurarum. Et primo quadem loco occurrit circulus, verum de eo propriam instituere propositionem, non est opera precium, cum manifestum per se sit, ipsummet magnitudinis seu figura centrum, ex quo nimirum ipse circulus descriptus est, centrum etiam esse gravitatis perimetri, a quo undique aequaliter abest, atque idcirco per omnia definitiones centri gravitatis satisfaciat. Idem suo modo de ellipsi dici potest, tractandum ergo primum erit de ipsis circuli partibus.

P R O P O S I T I O I.

Centrum gravitatis perimetri semicirculati vel alteriusque circuli segmentorum inquirere.

ESTO segmentum semicirculo majoris minusve, vel etiam eidem aequale $B C D$. Oportet centrum ipsius perimetri $B C D \neq B$ invenire. Habitis ex praecedentibus centris particularibus, peripherie nimirum $B C D$, puncto T , basis autem $B D$ punctum, centroque circuli A ; fiat ut dux $A C$ & AT , simul summa perpendicularia T , ita $A T$ ad aliam; habebitur recta TE , determinans punctum E , centri communis gravitatis perimetri $B C D \neq B$ quartili.
Est enim ut arcus CD ad D , ita AC ad AT , [ex propos. 2. cap. 2.] sed ut CD ad D , (quæ sunt medietates ipsius arcus $B C D$, & basis $B D$), ad proximam inter se, ut ipse arcus & basis) ita, ad habendum centrum communum E , dividenda est $A T$, in E , [per propos. 6. vel 7. capit. 2.] ut eodem modo sit $A E$ ad ET : Ergo erit etiam compendio, ut AC plus AT ad AT ; ita $A E$ plus ET , hoc est, $A T$ ad TE . Quod erat demonstrandum.

COROL.


COROLLARIVM.

Ex his constat quidcum in semicirculo ducat $AT \& AT'$, sit una eademque recta, opus non esse ad calculum, T rectam seorsim inquirere, quod tamen pro reliquis segmentis necesse est.

PROPOSITIO II.

Perimetrum reliquatum circuli partium centrum gravitatis invenire.

1. **R**eliquae circuiti partes, que per sectionem linearum regularum oriuntur, magis obvia sunt vel sectores, vel segmentorum axillii (quodlibet minimum recta secante binem ex centro, sed ex alio intra vel extra peripheriam assumpto puncto egrediuntur, qualis est figura ABCDA, vel ABEDA,) vel tales que nascuntur cum Circulus binis truncatur segmentis, ita ut perimeter constet duabus rectis, & uno, vel duabus arcibus; uno quidem quando segmentorum subtendentes ad unum punctum in peripheria convenient, ut in figura proxima ABCD, que Sector ad peripheriam non incongrue dici posset; duobus vero quando non convenient, ut in Schemate proxime sequenti, [pag. 86.] quā figurā ad imitationem Archimedis Frustū Circuli appellare poterimus. Aut certe quando à circulo auferuntur plura sine certo ordine segmenta, figura ex pluribus rectis & arcibus constans, velicta.




Quibus omnibus vñica, vs centrum assignetur gravitatis sufficiat Regula generalis supra [cap. 3. propos. 4. pro lineis rectis] tradita. Eam hic exempli causa Sectoribus applicabimus.

2. Resumantur figuræ propositionis precedentis, in quibus ductæ sint etiam semiadiametri AB , AD , ita ut Sectores circuli sint $ABCDA$. Horum ergo ratione perimeter, oporteat centrum gravitatis inquirere. Habetis ex precedentibus centris particularibus puncto scilicet T , pro arcu BCD ; & punctis F & G , pro radiis AB , AD , quorum centrum commune sit punctum H . Est ergo HT recta ita dividenda in I , ut sic HI ad IT , ut arcus BCD , ad rectas BA , AD simul sumptas, etique I centrum quæsitus, [ex propos. 6. vel 7. cap. 2.] Quid erat faciendum.

3. Idem habebitur si HT dividatur in proportionem Da ad AT , cum sit [ex propos. 2. cap. 5.] ut CD ad Da , ita AD ad AT ; & permutando ut CD ad AD , hoc est, BCD ad BA plus AD . (sunt enim hæ duplæ illarum) ita Da ad AT .

4. Quod si à circulo ablata fuerint duo segmenta æqualia, quorum subtendentes parallelæ sint, perimetru Frusti illius seu figuræ velictæ, qualis hic



est $BCED$, centrum gravitatis erit ipsum centrum circuli A . Centra enim particularia $F \& G$, arcum aequalium BKD, CLE , consistentia in diametro KL , centrum gravitatis commune habent dictum punctum A ; quod ipsum etiam est centrum gravitatis commune rectarum aequalium $B-C, D-E$, quarum centra particularia sive puncta $H \& I$ quare illud idem commune centrum gravitatis erit omnium, atque adeo totius perimetri $BCED$.


C O R Q U L L A R I V M.

EX dictis Numero 3. colligitur, si fuerit in aliquo Sectore, semicirculo majori [in figura Numeri 2.] ut HA , ad AT , ita Da ad DC , punctum A , quod est centrum circuli, fore etiam centrum gravitatis perimetri sectoris $BCDAB$, ac proinde in termino consistere figura.


P R O P O S I T I O III.

Centrum gravitatis perimetri Lunularum invenire.

Lunula est figura plana, binis circuli peripherijs seu arcibus, altera cava, altera convexa, comprehensa, sunt autem Lunulae in triplici potissimum differentia. Prima est qua integris comprehenditur peripherijs, cornibus ad unum punctum coenitibus, in quo eis peripherie se mutuo tangant. Secunda & tertia differentia Lunulae arcibus constant se, mutuo secantibus (si producantur), & secunda quidem arcus, circulorum sunt aequalium; inaequalium vero tertiae.



2. Lunula primae differentiae sui perimetri Centrum gravitatis nullo ferè negotio exhibet. Esto enim talis Lunula figura $ABCDVAEGFA$, in qua centra peripheriarum singularia, majoris quidem punctum G , minoris vero H : Fiat ergo ut semidiametri AG, AH simul ad alterutram, verbi gratia, AH , ita recta GH centra connectens ad aliam. Habebitur recta GI , centrum gravitatis quæsicum I determinans. Adhibita ad operationem loco secundæ AH , sum in diametro AG , etis quarta inventa HI . Demonstratio ex superioribz patet: sunt enim peripheræ inter se ut earū diametri, atque ad eam ut semidiametri.




3. Secundi generis Lunula hanc habet imprimis notandam proprietatem, quod illius arcus integrum præcise componant circuli peripheriam; quantum enim integræ circulari peripheræ convexæ demittur, tantum per cavam restituitur; ut patet in Lunula adscripta $ABCD A$. Ducta namque subtensa AC , auffert illa ex circulis aequalibus $ABCE, AFCD$, (quorum centra $G \& H$) peripherias aequales ADC, AEC , item ABC, AFC [per 28. tertij.] Quare ut perimetri datæ Lunulæ centrum investigetur, habito alterutrius arcus centro gravitatis T , vel t,

[per]

[per Coroll. propos. 5. capituli precedentis] inquirendum est primum centrum alterius arcus, deinde recta \cdot T centra conjungens dividenda in proportionem arcuum, seu etiam rectangularium Ht , GT , (quæ [ex dicto Corollario] eandem inter se, quam ipsi arcus, habent proportionem) ita ut sit tI ad IT , sicut est Ht ad GT : critque punctum I centrum commune perimetri Lunulae ABC DA . perimetri vero utriusque Lunulae, prout hic conjunctæ sunt, centrum gravitatis est punctum L , quod in medio rectæ AC consistit, ut patet.

4. Tertij denique generis Lunulae, quæ nimurum arcibus comprehenduntur circulorum inæqualium, quales sunt hæ $ABCGA$ & $ADGFA$, sicuti nec proprietatem aliquam insignem nobis offerunt, ita neque compendio aliquo centrum gravitatis perimetri illarum investigabitur \cdot & hac de causa jure merito ad Regulam communem supra [cap. 3. propos. 4. pro lineis] traditam reiicitur. Nisi fortassis proportio aliqua, peripheriarum convexæ ad cavam, aliud fuerat.




PROPOSITO IV.

Centrum gravitatis Perimetri Arcuatarum figurarum, Securiculorum, Coronarumque reperiere.


Figura de quibus hoc loco breviter tractare constitutum, triplici sunt genera arcubus nimurum constant, aut mere convexis, aut mere cavitatis, aut ex his mixtis. Diversa autem à diversis autoribus fortuntur nomina, maxime ab eo qui sibi in diversis complacent vocabulo & eruditio, nos etsi que tribus tunc comprehenduntur arcubus, antiquæ in diversis linguis usitato vocabulo, Securiculas aut Securiclas; que pluribus arcubus constant, Figuras arcuatas dicimus.

2. Potissimum sane omnes hujuscemodi figurae, sicuti & de alijs jam monuimus, pro suo ad perimetrum spectante centro gravitatis, ad communem alibi traditam Regulam, ablegari, nisi essent que tandem sua centra compendiosori nobis rara offerent; quales sunt omnes que æqualibus æqualium circulorum comprehenduntur arcubus, de quibus, & ijs solis quidem, jam dicemus.

3. Primo autem loco ex arcuatis prætereunda minime quidem est illa, quam Proclus in primum Elementorum vocat utrinque convexam, præcæsis co-dotataam privilegio, ut sola ipsa e multangulis, binis tantum sit lateribus contenta; arcubus nimurum duobus, & ex nostra nunc hypothesi æqualibus; qualis est figura adiacens $ABCD$. Cujus perimetri centrum gravitatis dico esse E , punctum scilicet medium subtensiæ AC . Ratio est, quod centra singulæ arcuum ABC , ADC in eadem recta BD , in qua E , constituta, æqualiter omni modo ab eodem punto E absunt, & per consequens, [ex premisis] punctum E centrum commune existit gravitatis.



4. Hisec jure suo succedunt illæ, quæ figuris rectilineis, planis, & ordi-



natis intelligi possunt circumscriptæ, arcubus constantes mere convexis, ut adjectis A & B colligere licet: quarum quidem, si perimetrum sp̄ctes, centrum gravitatis idem est quam eo, quod est centrum gravitatis perimetri ejus figuræ rectilineæ ordinatae, cui intelliguntur circumscriptæ; de quibus, quantum præ hoc loco fatis est, diximus alibi. [cap. 4. propos. 6.] Ratio autem (non longior sim) eadem est, quam supra adduximus, quod centro gravitatis singula singulorum arcuum, ab eo quod diximus figura centro, & æqualiter absunt, & in ijsdem cum eodem sint rectis sita.

5. Idem plane dicendum de ijs peripheriatis figuris, quæ rectilineis ordinatis intelliguntur inscriptæ, quod aliter non sit quam per peripherias causæ circuli, quales sunt in eadem figura C & D,

6. Ab his vero degenerant illæ, quæ licet & æqualibus constant arcubus, & ordinatis figuris adscriptæ intelligantur, illarum tamen arcus non sunt omnes convexi, aut omnes concavi; ideoque quia eodem cum perimetro figuræ ordinatae centro gravitatis gaudere non possunt, ad communem regulam jure remittuntur. Excipiuntur illæ, quæ arcubus constant numero paribus & æqualibus, à quibus semper bini oppositi sunt, vel utriusque convexi, vel utriusque concavi, vel etiam lineæ rectæ, & æquales, ut est figura E. Harum etenim figurarum perimetri, eo, quod diximus, coniuncti fruuntur gravitatis centro, cum opposita bina latera quilibet, idem habeant commune centrum, cum centro aliorum binorum opositorum lacerum.

7. Huc etiam spectant plana deangula, quorum perimenter quatuor constat arcubus conyexis, quorum bini oppositi æquales, figuram constituant quam Qualem scu Ellipsi similiæ vocant, quamque Clavius describere docet [propositione ultima lib. 8. Geometrica Prætice]. Centrum enim gravitatis perimetri illius, est idem cum centro perimetri rectanguli inscripti, vel punctum illud, in quo bini axes sese mutuo intersecant.



8. Pro Securiculis, quæ convexo uno, & bini cavis clauduntur arcubus, vix aliud se offert compendium, quam id quod proportio arcus conyexi ad concavos sed cum affert. Ut cum in adjectis CDEF ABC arcus conyexus CDE æquatur cavis, ABC, HFE, recta GH, centra gravitatis, communè quidem horum H, G vero illius, connectens, recta videlicet HG, bisecta in I, centrum gravitatis perimetri securiculae propositæ exhibet.

9. De Coronis seorsim nihil dicendum puto, cum omnia, quæ de Cingulis [propos. 7. cap. 4.] præmissimus, Coronis, & figuris Coronam imitantibus, applicare facillimum sit. Est autem Corona, cum circulus minor in-

tra-

tra majorem ex eodem centro describitur, ab utraque peripheria, cava altera, altera convexa, comprehensum spatiuus.

Quae omnia cum clara sint referre potius, quam demonstrare operae precium fuit.

CAPUT VIII.

DE CENTRO GRAVITATIS planorum Rectilineorum.


Ex PÆDITIS quæ ad Linearum gravitatis centra spectare visa sunt, ad Superficies, secundam videlicet quantitatis speciem, Stylum convertimus; & primo quidem ad Planas lineis rectis terminatas: De quibus ipse imprimis Archimedes, de Triangulis nimirum & Quadrilateris, in Aequi ponderantibus tractat, & de omni Rectilineo ipsius Archimedes Commentatores Federicus Commandinus, & Guido Baldius, & post illos etiam, Lucas Valerius & Simon Stevinus, de centro gravitatis solidorum scribentes. Quare ne in hisce actum agamus, nudas tantum Propositiones ad rem nostram facientes, ex dictis Auctoribus desumptas, huc transferamus. Lectorem pro demonstrationibus ad illos remittentes. Interim tamen si quid occurrerit, quod demonstratione nostra indiguerit, id uniuersitate nostris Propositionibus (quarum principiae undecima & duodecima) ceteris supra addere non gravabitur.

PROPOSITIO I.

Omnis Trianguli Centrum gravitatis est in recta Linea, ab angulo ad dimidiam basim ducta.

VT in triangulo ABC, sit latus quodvis BC, bisectum in D, centrum gravitatis ipsius trianguli erit in ducta recta AD.

Demonstratur ab Archimedie lib. i. Aequi pond. propos. 13. A Stevinio libro de inveniendo centro gravitatis, propos. 2.



PROPOSITIO II.

Omnis Trianguli Centrum gravitatis est punctum, in quo recta linea ab angulis trianguli ad dimidia latera ducta, concurrunt.

VT in triangulo ABC concurrent ductæ AD, CF in puncto F, quod centrum est gravitatis trianguli proppositi.

Demonstratur ab Archimedie propos. 14. Stevinio propos. 3:

PROPOSITIO III.


Omnis Trianguli Centrum gravitatis est punctum in re-
cta linea, ab angulo ad bisectionem basis ducta, existens, quod
lineam sic dividit, ut segmentum ad angulum, reliqui ad ba-
sim, sit duplum.

VT in eodem triangulo ABC , segmentum AF duplum est segmenti FD :
& CF , duplum ipsius FE .

Demonstrat Federicus Command. ad propos. 14. Equeponderant Archimedes.
Stevinius propos. 4.

PROPOSITIO IV.

Omnis Trianguli centrum gravitatis est in medio recta
linea, basi aequidistantis, que bina latera ita dividit, ut seg-
menta ad angulum, reliquis dupla sint.



VT in triangulo ABC , si AD duplum ipsius DB , & AE
ipsius EC , erit DE parallela ipsi BC [per 2. sexti,] & pun-
ctum F , quod rectam DE bisecat, centrum gravitatis trianguli
propositi.

Ut demonstrat Federicus Command. loco proxime citato.

COROLLARIUM I.

EX supradictis tres habemus diversos modos inveniendi centrū gravitatis trianguli cuiusvis. Primum quidem ex propos. 2. per quem bina latera bisecando, du-
cta ad bisectionem puncta, in centro quæsito sese intersecant. Secundus ex
propos. 3. constat, si enim ducta illa ab angulo ad medium basis in tres secetur æ-
quales partes, habebitur propositum. Tertius ex propos. 4. eodem modo, velme
tacente, cuivis obujus est.

COROLLARIUM II.


Paret etiam in triangulo æquilatero centrum gravitatis perimetri, esse etiam cen-
trum gravitatis trianguli: reliqua vero Isoscelis videlicet, & Scalena centra ha-
bere diversa, perimetri & plani. Ut ex ijs constat, que capite quarto de triangulis
proposuimus.

PROPOSITIO V.

Binorum Triangulorum commune centrum gravitatis
invenire.

Sinc

Sint data dabo triangula $A B C$, $E C B$, quōmodo cuncte ad invicem sita. Oportet communne ipsius centrum gravitatis reperiatur inventumque primo proxime precedente Corollario] triangulorum, centra seorsim, quae sint puncta E & F , junctaque $E F$ secetur in G ita, ut $E G$ sit ad $G F$, ut contra triangulum $A D C$, ad triangulum $A B C$; erit punctum G centrum communne utriusque trianguli. [per 6. vel 7. propos: cap. 2.] Quod erat faciendum.



S C H O L I V M .

1. **C**um ergo figura omnis rectilinea resolvi possit in triangula, patet hinc Regula universalis, ad inveniendum Centrum gravitatis, cuiusvis figurae plane et rectilinea. Singulorum enim triangulorum centris seorsim inventis, assignetur binarum quorumcunque triangulorum centrum commune: Hoc si tanquam unius trianguli centrum, & copuletur per rectam cum centro tertii trianguli; que recta divisa [juxta propos. 6. vel 7. cap. 2.] in segmenta inter se sunt permutatim, ut tertium illud triangulum ad priora duo, erit divisionis punctum centrum gravitatis commune tribus triangulis. Hoc centrum rursus insofar unius trianguli centrum acceptum in recta, que id cum centro quarti trianguli conjungit, eadem arte habebitur centrum gravitatis quarti triangulis commune; & sic deinceps. Aut certe copulentur bina & bina triangula, tina deinde copule, &c. In quibusdam autem usu veniet proposicio 8. cap. 2. quando minirum loco additionis requiriatur subtractio.

2. Locum etiam habet hec Regula in alijs quibusvis figuris, quoad commune inveniendum centrum, si loco triangulorum accipiuntur partes in quas figura resolvitur.

3. Quomodo autem fiat ut triangulum ad triangulum, ita linea ad lineam, jure merito quis interrogabit, in eo enim labor omnis consistit & praxis. Scrutinio in prioribus propositionibus iubet triangula transmutari in rectangula aequalia, [per 4. primi Elementorum;] erit enim tunc ut horum rectangulorum basis ad basim, ita triangulum ad triangulum. Est autem hec ipsa via regia & secuta, sed longa; Breviores ergo aliquas & compendiosiores, tam ex ipsis, quos initia hujus capitii nominavimus Auctoribus, quam ex nostra Inventione desumptas, afferemus. Primo quidem pro quibusdam figuris nostra accommodatis methodo: Univerales deinde pro quibusvis rectilineis propositione ultima hujus capitii proponemus.

P R O P O S I T I O VI.

Omnis Parallelogrammi centrum gravitatis est in recta linea, quae opposita latera bisecta conjungit.

Demonstrat Archimedes propos. 9. primo Equeponderantem.

PRO-

P R O P O S I T I O V I I I .

Omnis Parallelogrammi centrum gravitatis est punctum, in quo diametri coincidunt.


Est Archimedis proposicio decima.

P R O P O S I T I O V I I I .

Omnis Parallelogrammi centrum gravitatis, & diameter, & bisectricem oppositorum laterum bisecat.

Prior pars demonstratur à Luca Valerio lib. 1. de centro gravitatis solidorum, propos. 14. Vtraque autem patet ex binis proxime precedentibus, atque Corollario propositionis quinta capituli quarti.

C O R O L L A R I V M .



*E*X his premissis quatuor habemus modos inveniendi centrum gravitatis cuiusvis Parallelogrammi. Esto enim Parallelogrammum $ABCD$, & biscentur primo latera opposita AD, BC , & AB, DC in punctis $I, G, & F, H$, ductæ enim rectæ GI, FH , secabunt se in punto E , centro qualitero. [ex propos. 6.]

Secundo si ducantur diametri AC, BD ,

D , habebitur idem punctum E . [ex propos. septima]

Tertio si ducta alterutra bisectrix laterum GI , vel FH , bisecetur, habebitur idem centrum E . [ex propos. 8.]

Quarto si alterutra diameter bisecetur. [ex eadem propos.]

Pater etiam ex his, quæ hic & propositione quinta capituli quarti de Parallelogrammis proposuimus, cuiusvis Parallelogrammi centrum gravitatis idem esse cum centro gravitatis perimetri ejusdem.

P R O P O S I T I O I X .

Omnis Trapezij duo latera invicem habentis aequaliter distantia, centrum gravitatis est in recta linea, que latera aequaliter distantia bifariam secta conjungit; ita divisa, ut ipsius portio terminum habens minorem parallelam bifariam divisam, ad reliquam portionem eandem habeat proportionem, quam haberet traque simul, que sit aequalis duplae majoris parallelarum cum minore, ad duplam minoris cum majore.

Est

LIBRI D. CAPUT VIII.


63

Ergo decima quinta ex Archimedis & demonstratis etiante à Stevinio proposata, atque à Luca Valerio lib. 1. propos. 2o, qui insuper aliam afferit proprietatem, hic non omittendam, ex ea enim quam facilime centrum gravitatis hujuscemodi Trapezij elicetur, hoc modus.

Esto Trapezium ABCD, cujus latera parallela CD, BC bisecta sunt in E & F; ductaque recta EF, in tres partes æquales EH, HK, FK divisa; si media illarum HK, ita dividatur in G, ut pars HG sic ad GK, vt AD ad BC, erit punctum G centrum Trapezij quæsitus.

*Ducta enim per punctum H, ipsis eAD, B
C parallela NO, jungantur EA, ED. Quoni-
am igitur NO ipsi eAD parallela secundum
ipsis eAD, BC interceptas in easdem rationes,
EH vero sit ipsis EF pars tertia; erit & EN
ipsius EA, & EQ ipsius ED, pars tertia; in ip-
sa igitur NO vtrique producta, erunt centra gravitatis duorum triangulorum
ABE, DCE [ex 4. his: ergo & compositi ex utroque in linea NO, erit
centrum gravitatis [ex propos. 4. cap. 2.].] Quoniam igitur K centrum gravita-
tis trianguli ECD est in EF, [per 3. his:], & totius Trapezij ABCD cen-
trum gravitatis in eadem EF (perficiatur enim triangulum AED, erit ipsis
centrum gravitatis in eadem recta EF & in eadem etiam centrum trianguli EFC; ergo & partis ipsis ABCD in eademia EF, erit [per 8. cap. 2.]) & reli-
quæ partis duorum scilicet triangulorum ABE, ECD simul centrum gravita-
tis in eadem EF, [per eundem 8. cap. 2.] sed & in linea NO; in punto igitur H. Rursus quoniam triangula AED, ABE, ECD, inter easdem sunt
parallelas, erit [per primam sexti] vt eAD ad BC, ita triangulum AED, ad
duo triangula ABE, ECD simul; sed ut AD ad BC, ita est HG ad GK, ex
constructione; vt igitur triangulum AED, ad duo triangula ABE, ECD si-
mul, ita erit HG ad GK; sed K est centrum gravitatis trianguli AED, & H
duorum triangulorum ABE, ECD simul; totius igitur Trapezij ABCD cen-
trum gravitatis erit punctum G, [ex 6. vel 7. cap. 2.] Quod erat demon-
strandum.*

*Facilius adhuc habebitur centrum G, si du-
cis binis alijs parallelis per H & K, jungantur
AE, CF secantes dictas parallelas in punctis L
& M, (quaꝝ sunt centra triangulorum ABC, C
AD) hæc enim juncta per rectam LM, secat
rectam EF in G centro quæsito. Est enim [ex
propos. 5.] centrum trapezij in LM, sed [ex pro-
xime dictis] est etiam in EF; ergo in communione G.*



P R O P O S I T I O X.

*Omnis Polygoni regularis idem est centrum gravitatis,
figurae seu circuli circumscripti.*

N.

Debitorum

Demonstratur à Federico Commandi lib. de centro gravitatis solidorum propos. 1. & à Luca Valerio libro primo, propos. 21.


COROLLARIVM.

MAnifestum ergo primo est, quomodo polygonorum regularium centrum gravitatis inveniendum sit.

Secundo perimetrum & planum ipsorum, eodem gaudere gravitatis centro. [vide propos. 6. cap. 4.]

PROPOSITIO XI.

Multanguli cuius binā latera, circuli sint radij, reliqua vero inter se æqualia, numero pariter paria, & ejusdem circuli peripherie inscripta, centrum gravitatis invenire.



Sit Multangulum $AEGH$, cuius duo lacera AE, AH sint circuli radij, in ejus centro A coentes, reliqua vero EK, KGL, LH æqualia, peripherie circuli continuæ inscripta, numero pariter paria, figuram constitutientia quam Multangulum Sectari circuli planè inscriptum, cum Geometris vocare possumus. Oportet hujuscemodi figuræ centrum gravitatis invenire. Ducantur imprimis subtensa EH , quæ alibi basim vocavimus; radius AG , ad verticem G circularis peripherie EGH ; & AM perpendicularis ad unum æquilibrium laterum LH . Fiat deinde ut tertia pars laterum æquilibrium circulo inscriptorum, ad tertiam partem basis EH ; ita duæ tertiae perpendicularis

LIBER I. CAPUT VIII. 93

laris AM , ad aliam; cui si aequalis abscindatur Al , ex radio AG , erit punctum l , centrum gravitatis quæsitum.

Resolvatur enim datum multangulum per radios eAK, AL in sua triangula, utpote in exemplo nostro in AEK, AKG, AGL, ALH , quæ propter latera æqualia, æqualia erunt: secundis deinde radijs in punctis D, I, C, F, B ita, ut pars versus centrum A , sit dupla reliqua; ducantur rectæ DI, IC, CF, FB , quæ erunt ipsis lateribus HL, LG, GK, KE parallelæ. [ex secunda sexti;] ac proinde dictorum triangulorum centra gravitatis in medio istarum linearum consistent, [ex propos. 4. hujus,] utpote in punctis b, o, c, b . Quare junctis b, o, bc , erit binorum triangulorum AHL, ALG , centrum commune in medio rectæ bo , punctum k , & reliquorum binorum triangulorum AEK, AKG centrum gravitatis commune in puncto d : & tandem ducta dk ; erit centrum commune quatuor triangulorum, hoc est, totius multanguli propositi in puncto medio, lineæ dk , sed hoc nihil aliud est, quam si [ex propos. 5. cap. 3.] inveni semper centrum gravitatis commune linearum DI, IC, CF, FB circulari segmento DCB adscriptarum (cum enim AD, AI, AC, AF, AB inter se æquales sint, eo quod singulæ sint duæ tertiæ singularium æqualium AH, AL, AG, AK, AE , peripheria ex A ad intervallum unius, puta AD descripta, per reliqua puncta I, C, F, B , transibit); ita ut idem punctum l , sit centrum gravitatis & multanguli propositi, & linearum DI, IC, CF, FB . Quare si [per propos. 6. ejusdem capituli 3.] fiat ut DI, IC simul ad Da (ducta scilicet prius B a D) ita Ab ad aliam: habebitur recta Al prædictum gravitatis centrum in puncto l determinans. At DI, IC simul sunt duæ tertiæ laterum HL, LG (quæ est medietas omnium laterum æqualium) ac proinde una tertia omnium, videficit HL, LG, GK, KE . Eadem ratione Da est una tertia ipsius HE ; & Ab duæ tertiæ totius perpendicularis AM . Ergo si fiat, ut tertia pars laterum æqualium circulo inscriptorum, ad tertiam partem basis EH , ita duæ tertiæ perpendicularis AM , ad aliam, habebitur recta Al , centrum gravitatis quæsitum, ut ante in puncto l determinans. Quod demonstrandum erat.

COROLLARIVM I.

Manifestum ex his est, si hujuscemodi figuræ circulo inscriptæ, ut plana superficies est, centrum quæratur gravitatis, satis esse si centrum inquiratur linearum, quæ eodem modo inscriptæ sunt ei peripheriæ, quæ & priori similis sit, & ad duas tertias radij ejusdem prioris descripta.

COROLLARIVM II.

AC proinde dupli via pervenire ad id centrum nos posse, vel [ex propos. 5. vel ex 6. ejusdem Corollario capituli tertii,] quoctunque tandem laterum figura sit modo sint, ut proponitur numero paritet paria, &c.

COROLLARIVM III.

ITem habeat recta ex centro circuli determinante centrum gravitatis linearum inscriptarum, si minuatur ea tercia sui parte, manere determinantem centrum gravitatis multanguli inscripti: & contra, si determinans centrum gravitatis multanguli, augeatur sua medietate, fieri determinantem centrum gravitatis linearum inscriptarum.


COROLLARIVM IV.

EX his etiam, & ijsdem tertij capitilis propositionibus habetur, quomodo cuius-
cunque figuræ circulo, secundum datas in hac propositione conditiones, cir-
cumscribendæ, centrum reperiatur gravitatis.

COROLLARIVM V.

ET tandem quicquid in dictis quinta & sexta capitulis tertij propositionibus, et rursumque Corollarijs prescriptum est, applicare huic loco commodissime posse.


S C H O L I V M.



Quod si quis desiderat centrum gravitatis figurae cujus latera, ut dictum, circulari peripheria inscripta, vel etiam circumscripta sint, & ex altera parte terminetur non duobus circuli radijs, sed unica illa linea, quæ peripheria subtenditur, quam supra basin vocavimus, qualis est figura EKLHE, quam Multangulum segmento circuli plane inscriptum, non ineptæ vocare possumus; is impræmis inquirat centrum ejus figurae, de qua supra in hac propositione, deinde centrum trianguli AEH, & in primo quidem casu, in quo peripheria minor est semicirculari, centrum figurae proposita habetur, ex propos. 8. cap. 2. In tertio vero per propos. 6. vel 7. ejusdem capitii. In secundo casu, in quo est semicirculus, disparque triangulum, habetur id ex bac proposatio-


PROPOSITIO XII.

Si Multanguli, segmento circuli planè inscripti, anguli qui ex utraque parte axis, seu radij ad verticem segmenti spectant, sibi mutuo correspondent, rectis jungantur lineis; ex que ex utraque parte axis secantur proportionaliter, in eadem numerum proportione, punctaque sectionum jungantur rectis usque ad verticem; erit Figure tam intermedia circa axem nempe consistentis, quam binarum hinc inde ablatarum, intermediarumque circumstantium, idem centrum gravitatis, quod ipsiusmet est totius Multanguli ab initio inscripti.



- i. Sto segmentum circuli quodvis AEI , ejusque axis, radius, seu pars diametri ES , ad verticem E spectans, basis vero seu subtendens ASI ; Segmento huic plane inscriptum sit multangulum $ABCDEFGHI$, habens centrum gravitatis punctum T ; [per precedentem inventum] sint autem anguli, sibi ex utraque parte axis oppositi, juncti rectis DF , CG , BH , AI , ab axe ES , in punctis T , K , X , S bisectis; quæ inter se sunt parallelæ, & perpendiculari.

N 3



diculares ad axem. Ex natura enim axis quæ arcum AEI , in E bisecat, omnes rectæ æquales hinc inde arcus subtendentes (quæ ob hoc parallelæ sunt) ad angulos rectos bisecantur, [per 2. tertij, & ea que Clavius demonstrat ad 27. tertij.] Rectæ porro sint rectæ TD , TF , per puncta K & L ; rectæ item VC , VG , per puncta M & N ; nec non XB , XH per O & P , & denique SA , SI , in Q & R , in eandem singulæ proportionem: nimirum ut TK ad KD , ita TL ad LF ; & ita VM ad MC ; VN ad NG ; & sic deinceps. Ductæ denique sint per puncta sectionum, ea connectentes QO , OM , MK , KE , EL , LN , NP , PR . Dico figuræ $QOMKELNPR$ inter mediæ, circa axem proxime consistentis, centrum gravitatis esse idem punctum T ; idemque etiam esse commune centrum figurarum binarum ablatarum, hinc inde illam circumstantium $ABCDEKMOQ$, & $IHGFELNPR$.

2. Partium enim apte & seorsim sumptarum idem semper est centrum: ergo & figurarum ex illis compositarum. Ut in exemplo nostro, Multangulum propositum primo divisum est in quatuor partes, tria videlicet quadrangula AH , HC , CF & triangulum FED , & qualibet haec partium proprio suo & unico gaudet centro; & simul sumpta habeat communem & unicum, quod ex praecedentibus inventari potest, centrum gravitatis punctum T . Sunt autem haec quatuor partes subdivise: qualibet in alias, quadrangulu videlicet AH , in tria alia quadrangula, uno scilicet intermedio, QP , & duo æqualia circumstantia AQ , IP : si tota BG dividitur in unum intermedium ON , & duo circumstantia BM , HN : eodem modo CF , in ML , GL , KL : Et triangulum denique similiter subdivisum est

est in intermedium KEL , & duo adiacentia DEK & FEL . Quodlibet autem intermedium quadrangulum, ut ML , idem habet centrum gravitatis cum toto quadrangulo CF ; & quælibet bina opposita medium circumstantia, ut CK & GL , idem prorsus habens communem centrum. Idem dico de triangulo intermedio KEL , & binis circumstantibus; quibus idem cum toto est centrum. Ergo omnes partes intermediae simul sumptæ, hoc est figuræ $QOMKELNPR$; & omnes partes circumstantes simul & debitè acceptæ, hoc est figuræ $CABCD E K M Q$, & $I H G F E L N P R$, eodem & unico contentæ sunt centro puncto nimirum. Quid erat demonstrandum.


3. Habere autem partes intermediae singulas seorsim, & circumstantes binas oppositas simul sumptas, idem centrum cum suo toto, cuilibet jam patere judico. Demonstratur autem sic, & imprimitur quidem de triangulis. Sectis enim lateribus DE & FE , in punctis a & b , ita, ut pars ad verticem E , dupla sit reliqua, jungantur recta ab secans perpendicularē EY in punto c , & latera KE , LE in d & e , omnes in eandem proportionem, [ex 2. sexti.] Et autem centrum gravitatis totius trianguli DEF , [ex tercia hujus,] punctum c , idemque ex eadem centrum etiam trianguli intermedij KEL : centra vero triangulorum adiacentium aequalia, propter aequales DK , LF , in medio linearum ad , eb consistunt, [ex 4. hujus,] quæ cum aequaliter sint remota à punto c , in eademque recta ab sita, erit idem punctum q , illorum gravitatis centrum communem.

4. Demonstratur deinde idem de quadrangulis. Productis enim CD & VT , donec in puncto f concurrant, erit in triangulis similibus CfV , DfT , [ex quarta sexti,] ut fV ad VC ; ita fT ad TD ; & permutando, ut fV ad fT , ita Vc ad TD ; & ita ipsis aequalibus, VG videlicet ad TF ; & ita etiam ipsi proportionales VM ad TK , nec non VN ad TL . Ergo [per ea quæ demonstrat Clavius in prima parte Scholijs, ejusdem quartæ sexti,] producuntur MK , NL , GF omnes in eodem punto f concurrent. In triangulo deinde CfG , secuntur latera Cf , Gf in punctis g & h ita, ut pars ad verticem f sit dupla reliqua: Idem fiat in triangulo DfF per puncta i & k , & jungantur gh , ik : quæ rectæ secabunt fM , in punctis l & n , fV in q & o , & Nf in m & p . His peractis ostenditur, ut supra, punctum q esse centrum gravitatis trianguli, tam totius CfG ; quæcumque intermedij MfN , & commune utriusque circumstantium CfM , & GfN . Eodem modo habetur punctum o esse centrum totius trianguli DfE , & medij KfL , & commune utriusque adiacentium DfK , & FfL . Ergo cum tam totorum triangulorum CfG , MfN , CfM , GfN idem punctum q , quam ablatorum DfF , KfL , DfK , FfL , idem punctum o , sit centrum gravitatis, erit [ex vi propositionis 8. capituli secundi,] etiam reliquorum quadrangulorum, nimirum totius CF , intermedij ML , & circumstantium CK , & GL , idem punctum centrum gravitatis.

5. Idem eodem planè modo demonstrari potest, de reliquis quadrangulis, totis, medijs, & adiacentibus; productis nimirum lineis ad alteram etiam axis partem, si opus fuerit: aut certè, si quadrangula quidem essent parallelogramma, ac proinde latera producta non concurrent, idem propositum demonstrabitur per ostavam hujus.

6. ALITER & facilius demonstraretur idem de quadrangulis, [per propos. 9. hujus capituli,] sine productione laterum.

Cum



Cum ergo ex totis componatur Multangulum inscriptum ab initio propositum $ABCD EFGHI$; & ex intermedia, figura intermedia $QOMKELNPR$; ex adiacentibus vero, adiacentes $ABCDEKMOQ$ & $IHGFELNPR$; erit idem punctum quod est centrum gravitatis totius Multanguli, segmento circuli planè inscripti, centrum etiam figuræ totius intermediae, & commune etiam binis adiacentibus. Quod erat demonstrandum.


C O R O L L A R I V M.

1. Constat ex his, quod dato unius ex propositionis figuris centro gravitatis, multanguli videlicet inscripti, vel intermediae, vel circumscriptorum, data esse etiam reliquorum centra, cum id unum idemque sit. Rectius autem inquiritur [ex Scholio propositionis precedentis] centrum multanguli totius: quamvis idem ex centris particularibus partium haberi etiam possit, in quem finem earum invicem requiritur cognitio habitudinem, quæ etiam sat manifeste ex dictis haberi possunt.

2. Enim vero tam totius ad partes, quam partium inter se, quam ex his compositorum proportio est, ut medietatis cuiusvis rectæ angulos connectentis ut totius, ad sua segmenta, segmentorumque invicem. Est enim (verbi gratia) ut VC ad VM , ita quadrangulum VD ad quadrangulum VK , & ita SB , ad SO , &c; & ita CF ad ML , & ita $ABCD EFGHI$ ad $QOMKELNPR$. Et ut eadem CV ad CM , ita est CT ad CK ; & ita AX ad AO , &c; & ita CF ad CK , GL simul, & ita $ACEGI$, ad $ACEMQ$, & $IGENR$ simul. Et denique ut CM ad MV , ita CK ad VK , & ita AO ad SO , &c; & ita CK , LG simul, ad ML , & ita $ACEMQ$, & $IGENR$ simul, ad $QMENR$.

SCHOL.

SCHOOLIVM.



Prædicta omnia vera etiam sunt, si lineæ angulos multanguli segmento circuli plane inscripti neccentes, utrinque productæ proportionaliter secantur, sectionesque jungantur. Ut in adjecta figura, in qua segmentum circuli AC E multangulum AB CDE plane inscriptum est, BD & reliqua neccentes utrinque productæ, & proportionaliter secant ita, ut sit KA ad AE, sicut KE ad EI, & EA ad BG, & LD ad DH &c, figuraque fiat segmentum circuli circumscripcta FGCHI. Nam partes seu quadrangula seorsim sumpta, totum videlicet FH, intermedium AD, & jadiacentes FB & ID simul, unum idemque habent centrum gravitatis, habent etiam unum idemque centrum composite ex partibus figura, ut totum multangulum circumscriptum FGCHI, inscriptum scilicet intermedium ABCDE, & adiacentes FGCBA, & IH CDE simul.


Possunt autem omnia eodem plane modo, quo superiora demonstrari, quare actum non agimus.

PROPOSITIO XIII.

Cujusvis Figurae rectilineæ centrum gravitatis invenire.


De triangulis, parallelogrammis sat dictum seorsim: nunc de reliquis multangulis.

I. Esto igitur imprimis Quadrilaterum ABCD, cuius altera diagonale verbi gratia AC, alteram tantum BD biseccat in E; sentimus ergo gravitatis quadrilateri compendiose sic habebitur: Recte AE, EC seceatur in tres partes æquales, ita ut EF sit ipsius EA, & EG ipsius EC pars tertia, & ex GE majori absindatur GH, minori EF æqualis, erit punctum H centrum gravitatis qualiterum.



Demonstrat Compend. ad propos. 6. Archimedis De quadratura Parabole.


2. Sic



D 2. Sit jam quadrilaterum $ABCD$, de quo constet neutram diametrum alteram bisecare, & sit ducta una BD bisecta in E , jungantur EA, EC , & ut ante sit EF ipsius EA , & EG ipsius EC pars tertia; ducatur FG secans BD in I . Ergo rursus vt ante ex G majori absindatur GH , minori EF aequalis, erit punctum H , centrum gravitatis quæsito.

Demonstratur ibidem.


ALITER.



3. In quadrilatero $ABCD$ ductis diametris AC, BD , inveniantur [ex Corollario propositionis 4. hujus capitii] centra gravitatis triangulorum ABC, BCD, CDA, DAB , puncta scilicet E, F, G, H , junganturque opposita, rectis EG, FH , ipsæ enim se se intersecabunt in punto L , centro gravitatis quæsito.

Federicus ibidem.


ALITER.



4. Ductis vt ante diametris AC, BD , inveniantur duorum tantum triangulorum proximorum centra, verbi gratia, puncta H & G , centra triangulorum BAD & ADC , & per H centrum trianguli BAD , ducatur parallela basi AC alterius trianguli, & per G centrum trianguli ADC , ducatur parallela basi BD , prioris trianguli; ductæ enim se se secabunt in punto I gravitatis centro quæsito.

Ductis enim ad bisectiones K & L , diametrorum BD & AC , rectis HK, CK, DL, BL , erit centrum H trianguli BAD , in recta AK ita situm, vt AH sit dupla ipsius HK , & centrum F , trianguli BCD rectam CK eodem modo dividit, vt CF dupla sit ipsius FK , [per propos. 3. hujus]. Ergo [per secundam sexti elementorum], in triangulo AKC ducta HF (in qua est centrum totius quadrilateri propositi) est parallela basi AC . Non aliter demonstratur jungentem centra G & E , triangulorum ADC, CBA , parallelam esse basi BD in triangulo BLD : sed & in E, G est centrum gravitatis propositi Quadrilateri; ergo in punto communii I .

ALITER.




5. In Quadrilatero $ABCD$ ducta interuersa diametro AC , atque in eam ex angulis oppositis perpendicularibus BE, DF , junctisque que centris G, H triangulorum ADC, ABC [per Coroll. propos. 4.] inventis, juncta GH ita dividatur in I , vt sic GI ad IH , sicut est BE ad DF , erit I centrum quæsitorum. Est enim vt triangulum ABC ad triangulum ADC , ita BE ad DF , cum haec sint altitudines, & eadem basis AC .


Stevinum propos. 6. exemplo 4.

6. Sic


6. Sit deinde pentagonum $ABCDE$, & ducantur rectæ AC, AD , trianguli autem ABC centrum gravitatis sit F , & quadrilateri $ACDE$ sit centrum G per hæcta dicta inventum, & jungantur FG . Rursus trianguli ADE centrum sit H , & Quadrilateri $ABCD$ centrum K , & ducatur HK , secans FG in L . Erit punctum L centrum gravitatis pentagoni propositi. Est enim centrum illud in recta FG ; sed & in recta HK ; ergo in communi sectione L . Quod erat faciendum.



7. Sit Hexagonum $ABCDEF$, & ducantur AC, AE , sitque trianguli ABC centrum gravitatis G , & pentagoni $ACDEF$, centrum sit punctum H , ducaturque GH . Rursus centrum trianguli AEF sit K , & pentagoni $ABCDEF$ sit L ; & ducatur KL , quæ secet ipsam GH in M ; erit eadem ratione punctum M centrum gravitatis rotius hexagoni propositi. Non aliter in heptagono, octogono, & in alijs deinceps, centrum inventetur gravitatis. [Command. ibidem]. Quod faciemus erat.



8. Atque hæc Commandini ratio praxi geometricæ sat bene convenit; quia vero methodus Stevini facilius accommodatur calculo & numeris, eam hic subiçere placuit. Esto igitur pentagonum $ABCDE$ (de quadrilatero enim Num. 5 diximus) in sua resolutum triangula, in quibus ad bases ex angulis oppositis ductæ sint perpendiculares EK & CI , in AD ; & BH , in AC ; & si quadrilateri $ACDE$ centrum F , trianguli vero ABC punctum G , jungaturque FG . Fiat deinde vt AD ad AC , ita BH ad aliam, quæ sit LM . Ergo si F G secetur in N ita, vt GN sit ad ad. NF , sicut est CI , KE simul ad LM , erit punctum N , centrum gravitatis pentagoni.




Loco enim triangulorum assumuntur ejusdem altitudinis, & eorumdem basium parallelogramma rectangula, cum eadem sit illorum inter se, quæ horum proportio. Assumpta ergo altitudine AC , & basibus EK, IC simul, erit rectangulum sub AD , & EK plus IC loco duorum triangulorum AED, ADC : quare si habebitur loco trianguli ABC , rectangulum, cuius altitudo sit eadem AD , erit vt basis hujus, ad basim illius, ita FN ad NG , [ex 6. & 7. cap. 2.] sed basis talis est inventa LM , vt constat ex analogismo hic apposito, Et i6. sexti Elementorum. Ergo, &c.

AD, AC, BH, LM

9. Sit denique Hexagonum tribus diagonijs in quatuor divisa triangula;

O 2.

& qua-




& quadrangulorum $ADCB$, $ADEF$ gravitatis centra G , H juncta per rectam GH , ductæque perpendiculares BI , DK in AC , & AL , EM in FD . His peractis fiat ut FD ad AC , ita BI plus KD ad aliam, quæ sit NQ ; deinde secetur GH in P ita, ut sit GP ad PH , sicuti AL plus EM ad NQ ; erit punctum P centrum Hexagoni propositi. Atque ita deinceps in reliquis figuris multangularibus.

FD , AC , BI plus KD , NQ

Loco enim duorum quadrangulorum assumpta sunt duo rectangula, quorum communis altitudo FD , bases vero AL plus EM , & NQ . De rectangulo enim sub FD & AL plus EM res constat; de altero vero appositus hinc analogismus rationem reddit sufficientem.

10. Neque aliud præcipiendum videtur pro figuris, quarum aliqui anguli extorsum vergunt, cum in tot dispescantur triangula, in quot illæ quorum anguli omnes introrsum vergunt (quales sunt præmissæ), & utræque æqualem numero sint laterum, angulorumve.

11. Pro Cingulis etiam præcis non est difficilior. Reperantur enim figure supra [cap. 4. propos. 7.] propo-



C A P U T IX.

D E C E N T R O G R A V I.

tatis planorum Curvilineorum, mixtorumq;.

HE M A D M O D U M Capite Septimo de Centro gravitatis perimetri circuli, atque ellipsis proponere nihil voluimus, eo quod vnicuique etiam sine demonstratione obviuim, atque notum esse possit centrum figurae, centrum etiam esse gravitatis perimetri, modo quid nam sit centrum gravitatis, non ignoret: ita hoc loco idem de utraque figura dicendum judico; Figurae nemirum centrum, tam in circulo quam in ellipsi, centrum etiam esse gravitatis plani. Qui tamen demonstrationem requisiuerit, inveniet illam apud Federicum Commandinum lib. de centro gravitatis solidorum propos. 4. Nos ad harum figurarum partes, de quibus alijs nihil, gradum facimus.


PROPOS. I.


Centrum gravitatis semicirculi, sectorumque circuli invenire.

Esto semicirculus, vel sector quivis semicirculo minor, majorve $AEGH$, cuius centrum A . Oportet centrum gravitatis plani illius inventire. Ductis subtensae EH , & radio ad verticem AG ; Fiat ut tertia pars circularis peripheriae EGH , ad tertiam partem subtensae EH ; ita duæ tertiaræ radij AG , ad rectam Ap . Dico punctum p esse centrum gravitatis quæsitus.

2. Demonstratur plane eodem modo ex propos. II. cap. præcedentis, quo demonstravimus propositionem secundam

O 3 cap-





que recta consistit, ut habetur ex cap. præcedenti.
gravitatis quod èrat propositum.

A L I T E R.

3. Proposito semicirculo vel sectori inscribatur ad duas tertias radij segmentum circuli BCD & B , uti factum est propos. 11. cap. præced. si enim huic segmento inscribatur vel *Quadratrix*, vel ejus *Æmula*, erit ultimum ejus punctum, centrum gravitatis quod quaeritur. Constat ex dictis.

A L I T E R.

4 Inquiratur ex propos. 2. vel 3. capit. quinti centrum gravitatis peripheriæ, sub qua sector comprehenditur, rectaque ex centro circuli, ad illud gravitatis centrum ducta (quam determinantem centrum gravitatis appellavimus)

capitis 5. ex propositione 6. capit. 3. Patet enim ex propos. 11. cap. præced. ejusque Corollarijs, quicquid de plane inscriptis figuris, quoad centrum gravitatis dicatur, hoc dici posse etiam de lineis inscriptis, ei peripheriæ, cuius radius sit duarum tertiarum prioris, eidemque similis. Et contra quicquid de his, posse dici de illis. Quare hysdem argumentis, per inscriptiōnem & circumscriptiōnem planorum multangularium rectilineorum, evincetur centrum semicirculi vel sectoris, non esse posse supra punctum p , neque infra idem; ergo in p . Nam quod in radio AG esse debeat demonstrat Commandinus [propos. 3. & coroll. propos. 4.]. Ostendit enim id de segmentis circuli, atque linea GN : quod idem ostendetur, de linea GA , mediante triangulo EAH , cuius centrum in eadem quo- Deditus ergo centrum

minus) minuantur gressus sui pagi, & habebitur determinans centrum gravitatis sectoris propositi. Constat cum ex dictis, cum ex tertio Corollario propositionis II. cap. praecedentis. Quod erat faciendum.

COROLLARIUM.

Pater ergo quicquid dictum est Capite 6. de centro gravitatis linearum circulum, id omne applicari posse partibus Circuli superficialibus, ratione centri gravitatis illarum. Quare plura non addimus.

PROPOSITIONE II.

Centrum gravitatis segmentorum circuli investigare.

Esco segmentum circuli, semicirculo majus, minusve $BGHN$. Oportet ipsum centrum ad gravitatem spectare invenire. Invento centro sectoris $EGHAE$ per praecedentem, [ex propos. 4. cap. 8. Corollario, centro trianguli EAH , fiat via segmentum, ad triangulum EAH ; ita centra connectens ap, ad pm, erit punctum m centrum quæsumum. Quod erat faciendum.

Demonstratio pro segmento majori, constat ex propos. 6. vel 7. cap. 2. pro minore ex propos. 8. etiam capitulo.

PROPOSITIONE III.


Reliquum circuli partem centrum gravitatis invenire.

Quemam sint hæc circuli partes enumeramus supra [cap. 7. propos. 2. Num. 1.] pro quibus hoc libeo unica dâri potest Regula generalis: eas nimisnam resolvendas esse in sectores circoli, & triangula rectilinea, vel per adscriptionem hæc trianguli, & circularis segmenti, perficiendum ac comprehendendum esse totum segmentum, earumque deinde partium, vel remissu vel simul, prout res requirit, sumptuarum, invenienda ex traditis genera gravitatis particularia; & ex his tandem valet id quod queritur. Ex uno altero vero exemplo patebit vis Regula.

1. Esto sector ad peripheriam $ABDC$, cuius inventum gravitatis centrum. Junctis ergo punctis B , C & A cum centro circuli E , erit figura resoluta in sectorem $BECD$; & bina triangula rectilinea BEA , AE C ; horum centra inventa sint, ex superioribus, sectoris quidem F , [ex prima hujus] triangulorum vero particularia G & H [ex Corollario quarto] & commune I , [ex quinta præcedentis capituli,] & jungatur IF . Quare si fiat vt figura mixta proposita $ABDC$ ad rectilineam $EBAC$; ita IF ad FK , erit punctum K centrum gravitatis quæsumum.




Sit



3. Sit deinde figura $ABCD$ sectoris æmula, & hinc jungantur ut ante tria pondæ cum centro E , habebimus ut ante sectorem $BEDC$, & duo triangula BEA , AED . Invenietur ergo centrum ut ante.


Quod si figuræ $BADFB$ invenientium esset centrum; ductis EB , EA , ED , Sectoris imprimis $BEDFB$ inquirendum esset centrum, deinde commune binorum triangulorum BEA , AED , & ex his binis [per 8. propos. 2. capit. id quod queritur. Et sic de reliquis.




4. Si vero occurrat figura, [quæ supra cap. 7. propos. 2. Numero 5. descripsimus, & hic repetimus, scilicet] $BHCLEIDKB$, opus non erit aliud centrum gravitatis inquirere, cum clarum sit ipsum circuli centrum A , esse etiam centrum gravitatis, & id quod queritur.

PROPOSITIO IV.

Lunularum centrum invenire gravitatis.




1. Lunulas supra [cap. 7. propos. 3. Num. 7.] descripsimus; in tres species subdivisisimus, & suis figuris delineavimus. Quod igitur ad primam figuram ac speciem attinet, centrum gravitatis Lunulae $ABCDAGEFA$ habetur ex supra allatis. [propos. 8. cap. 2.] Produceta enim HG , centra minoris ac majoris circuli conjungens; ex parte G , fiat ut excessus quo quadratum semidiametri AG , excedit quadratum semidiametri AH , ad quadratum ipsius AH ; ita HG recta, ad aliam habebitur recta GK , Lunula propositæ gravitatis centrum K determinans. Nam in producata AG , properter partes similes, & sequales illam circumsistentes, centrum consistere necesse est. Deinde [ex propos. citata,] fieri debuit pro centro desiderato, ut Lunula ad minorem circulum, ita HG ad GK ; Sed ut Lunula ad minorem circulum, ita est dictus excessus, ad quadratum AH semidiametri minoris circuli: cum sint circuli inter se ut à diametris [utque adeo etiam per 15. quinti, ut à semidiametris], quadrata, [ex 2. duodecimi.] Constat ergo propositum.



2. Sit deinde secundæ speciei lunula $AFCDA$, centrum vero circuli $ADCF$ sit punctum H , figura autem vtrinque convexa $ADCEA$ centrum est L , in medio rectæ AC , [ut propos. sequenti patebit. produceta ergo LH , fiat ut figura vtrinque convexa ad Lunulam, ita LH ad HM ; etit punctum M centrum quartum,] [ex propos. 8. cap. 2.]

3. Lunu-



3. Lunulae denique ABC_A tertiae speciei céntrum gravitatis sic invenitur, [per propos. 2. hujus] inquirantur centra segmentorum ABC_A & AGC_A ; producaturque centra connectens versus B , & fiat ut Lunula ABC_A ad segmentum AGC_A , ita centra connectens ad' aliam, cui si æqualis absindatur ex producta versus B , habebitur centrum quæsitum; ex eadem capit. secundi octava propositione?



PROPOSITION V.

Figurarum Arcuatarum, Securicularum, & Coronarum gravitatis centrum reperire.



De his figuris diximus cap. 2, propos. 2. Num. 1.
VTrinque autem convexam vocavimus illam, quæ in duo æqualia & similia segmenta circuli resolvī possunt, quales sunt Figurae hic appositaæ. Cum ergo segmentorum cœtra gravitatis particulaaria sint in recta BQ , æqualiter ab AC remota, propter æqualitatem, & similitudinem segmentorum, [ex Postulato five Principiis. cap. 2.] erit communè gravitatis centrum illorum punctum medium E .




2. Idem propositus dicendum de reliquis figuris *A*, *B*, *C*, *D* & *E*, ob eandem enim rationem (quod nimis
partes opposita similes & æquales sint, intermedia vero
ejusdem centri) centrum figuræ, perimetri & plani
volum idemque est. Eadem ratio est de figuris Ovatis.

De quibus eodam cap. 7. propos. 4. Num. 7.

3. Ad Centrum vero gravitatis habendum Securiculare, vsui erit propos. & cap. 2. Sit enim in adjectis figuris. centrum gravitatis Semicirculi seu Sectoris CD $E A$ punctum I , & puncta B & F partium ablatarum $C B$ A , $A F E$, reducta ad commune centrum H . Producta ergo HI ad partes I , fiat ut Securicula ad partes ablatas, ita HI , ad IG , erit punctum G centrum gravitatis quaslibet.



DE CEN. GRAVIT.




4. Coronarum idem est centrum gravitatis quod Figuræ & Perimetri, Figuræ vero Coronam imitantur, qualis est adiecta comprehensa à peripheria concava majori $A B D C$, & convexa minore $E T D V$, in qua circuli comprehendentes ex diversis centris F & G descripta sunt, centrum gravitatis habetur eodem modo; quo centrum Lunæ primæ speciei. De qua præcedenti propositione,

Numerus 7.

Reliquas figuræ mixtas remittimus omnes ad Regulam Communem supra. [Scholio propos. 5. cap. præcedentis] præscriptam.

L E M M A I.

Dato quovis segmento Elliptico centrum totius figurae invenire, ejusdemque diametrum, ad quam medietates basis dati segmenti, sint ordinatim applicatae.



ducatur utrinque (si opus fuerit) recta NI , secans lineam Ellipticam in punto E ; quod erit segmenti dati vertex, ut postea constabit. Assumantur deinde in linea Elliptica quavis alia duo puncta, (aut unum ex prioribus) B & M , ita tamen, ut ducatur BM , non sit parallela prioribus BA , CM , & ipsi BM agatur

i. Sit datum segmentum Ellipticum, semiellipsi sive majus sive minus, vel etiam æquale $BCEM$ a cuius basis recta BI . Oportet centrum invenire ejus ellipsis, cuius segmentum datum pars est, ejusque etiam diametrum, ita ut IB , IA sint ordinatim ad ipsam applicatae. Ducatur basi BA parallela quavis, intra segmentum cadens CN M , secans lineam Ellipticam in punctis C & M , & biscentur ram basis BA , quam duxa CM , atque per puncta sectionum I & N ducatur, & producatur

igatur quævis parallela Ce , atque per earundem bisectiones Q & P , ducatur & producatur QP , secans priorem NI in puncto F , & ipsi FE æqualis accipiatur FD . Dico rectam ED , esse diameterum totius Ellipsis, [ex 28. secundi Conicorum] eisdemque centrum esse punctum F . [ex prima secundarum definitionum libri primi Conicorum]. Esse autem rectas BI , IA ordinatim applicatas ad diametrum ED , quemadmodum etiam CN , NM , constat [ex duodecima & decima sextæ primarum Definitionum libri primi earundem Conicorum,] & punctum E verticem esse segmenti propositi parer [ex undevima earundem definitionum]. Invénimus ergo dati segmenti Elliptici centrum, verticem, & diametrum. Quod erat faciendum.

2. Quod si datum segmentum párnum fuerit, prout est in nostra figura; id, cuius centrum F extra cadit, in quo producta NP , prolongatam EI valde oblique int̄ersecat, & consequenter punctum sectionis F præcess̄, non nisi cum aliqua difficultate dignosci possit; duci poterunt ex altera. diametralis lineæ parte, aliae binæ rectæ parallelae EI & AT ; ducta namque eb recta per puncta bisectionum c & d , laborem quidem augebit, sed punctum F pro centro accuratus redde.


3. Aut certe ducta Id recta, ipsi NP parallela, secante CN in d ; Fiat vdN , ad NI ; ita fN ad aliam; habebitur recta Nf , &c. In triangulis enim similibus IdN , FfN , est ut dN , ad NI ; ita fN ad NF .

4. De semiellipsi op̄is non erit singulare aliiquid præcipere, satis enim fuit motere in ea op̄is solum esse, unica recta basi ipsi parallela, quia cum in medio ipsius basis centrum sit, satis erit si per ipsum & parallela medium ducatur diameter, &c.

5. Pro tota Ellipse, si totassis centrum ejus non daretur; habebitur illud ex prop̄os. 44. libri 2. Apollonij. Duæ namque sunt ductæ quævis rectæ parallelae, lineæ Elliptice utrinque occurrentes; quia ea recta quæ per media parallelogram puncta ducit, est diameter; ac proinde medium ipsius punctum, totius est Ellipse centrum.

I D E M A L I T E R efficere:

1. Esto jam segmentum Ellipticum datum $ACEDB$, cujus basis recta AB . Ductis in primis recta CD , ipsi AB parallela, & per modis illarum puncta F & G ; recta GF utrinque extensa; secabit ea ad partem G , lineam Ellipticam in vertice E segmenti propositi. Deinde ex iisdem punctis



G & F, in rectis *HO* & *LM*, ad protractam *GF* perpendiculariter, per eadem *G* & *F* puncta erectis, abscindantur, ex *G* quidem *GH* & *GI*, ipsis *GC*, *GD*; ex *F* vero, *FL* & *FM*, ipsis *FA*, *FB* aequales. Tunc per tria puncta *H*, *E*, *I*, item per tria *L*, *E*, *M* {per 25. tertij vel 3. quarti elem.} circuli describantur peripheriae, secantes protractam *GF* in punctis *K* & *N*. Ipsi porro *GK* aequalis fannoatur *GO*, & ipsi *FN* aequalis *FP*; ducta namque per *O* & *P* puncta recta *OPQ*, secabit ea eandem protractam *GF* in punto *Q*. Dico *EQ* diametrum esse totius eius Ellipsis, cuius *AEB* segmentum datum pars est, ejusque medium punctum *R*, centrum esse figuræ.

2. Ex constructione namque [per 13. sexti] recta HG , cui æqualis est C , est media proportionalis inter EG , & EK , hoc est GO ; sic LF cui æqualis est AF , est media inter EF & FN , hoc est $F.P.$; quare [per 17. sexti] quadratum CG æquale est rectangulo EGO , & quadratum AF , ipsi EFP rectangulo. Ergo [per ea qua Eutocius deducit ex 21. Conicorum, & nos ex ipso] EQ est diameter ellipsis, punctumque R ipsius centrum. Quod faciendum erat.

3^o. **SIC**, **A** **F** **E** **G**, **B** **F** denuo in numeris, circutorum descriptione, opus non est quadrata omnia **C** **G**, **A** **F** applicantur rectis **E** **G**, **E** **H**, exhibuntque latitudines **G** **O**, & **F** **M**, & ducitur, ut ante, per puncta **O**, **P**, **R**, **S**, **T**, **U**, **V**, **W**, **X**, **Y**, **Z**, obiecta **Q**, diametrum de se, obtius in longitudine minans.

LEM.

LEMMA II.

Dato Frusto Elliptico eadem qua ante, hoc est, totius Ellipsis diametrum, figuraque centrum reperire.

2. Segmentum illud Parabolae, quod per ablationem illius partis, in quo vertex Parabola existit, relinquatur, ab Archimede vocatur Frustum Parabolicum; sic & nos ipsum imitando vocamus Frustum Ellipticum partem illam Ellipsis, qua relinquatur, quando segmentum aliquod minus cum suo vertice, à segmento Elliptico majori per rectam lineam auferitur. Quod quidem, quantum jam ad rem nostram facit, tripliciter fieri potest.


2. Nam linea abscondens segmentum, vel cum basi Frusti convehit, & fit Sector aliquis ad perimetru, qualis est $BEMAB$, compitus ex triangulo rectilineo BEA , & segmento elliptico EMA : Et sic per præcedens Lemma, ex segmento EMA E , diameter & tenetrum invenienda sunt.

3. Quod si constaret alterutrum latpus hujus trianguli granisse per centrum elliptis, ut si Sector propositus, esset (in majori segmento AK CB , ubi AK per centrum E transit; tunc Problema alia constructione non egerer, esset enim KA diameter: nisi quis cuperet habere diametrum transseuntem per verticem segmenti Elliptici BGK : is intentum assiqueratur si ducta recta BK , per medium ipsius punctum L , traiiceret rectam GH , & ipsi GF æqualem acciperet FH , quia habet ratione habet prætercentrum F , & diametrum aliam GH , & verticem G .

4. Vel linea rescidens segmentum cum basi Frusti non convenit, eritque eadem recta abscondens ad eandem basim vel parallela, vel obliqua. Sic primo parallela, & sic duo poterunt esse casus, prior nimirum cum basis frusti

THE DECENT GRAVITY


ILLUMINATED




major per centrum figuræ seu Ellipsis transit, qualis est in frusto $TGDE$, basis Z in qua R centrum Ellipsis existit. Ducatur ergo & producatur vtrinque recta GR , per centrum R , & G medium punctum parallelæ CD : & fiat ut differentia quadratorum TR , CG , ad quadratum majus TR , ita quadratum ipsius GR ad aliud; habebitur quadratum ipsius RE ; semidiametri quæsiti, ac proinde accepta RQ , æquali ipsi RE , erit tota diameter EQ .

Quia cum sit [per 21. primi Conicorum] ut quadratum TR ad quadratum CG , ita rectangulum QRE , ad rectangulum QGE ; & dividendo ut differentia quadratorum, ad quadratum majus; ita differentia rectangulorum, ad rectangulum majus, quod est QRE , hoc est, quadratum RE , dimidiæ scilicet ipsius QE . Quod vero RG quadratum sic dictorum rectangulorum differentia patet [ex 5. secundi Elementorum] est enim EQ , diuisa bifariam in R , & non bifariam in G , &c.

Hæc figura ponenda est loco ejus, quæ habetur pagina **114**.



27 Object and its image in a lens



5. Posterior casus est, quando basis Frusti per centrum non transit, sed sit tale Frustum quale est id, quod continetur binis rectis parallelis AB, CD , & binis curvis CA, DB : tunc per alias binas parallelas SB, CT , earumque media puncta X & V , invenitur centrum R , ut in priori parte praecedentis proxime Lemmatis docuimus. Habito hoc centro, & ducta per ipsum recta TZ , ipsi $\angle AB$ parallela, reperitur tota diameter [per ea que hic *Numeri 4. diximus*].

6. Verum quando non constat magnitudo ordinatim applicatae TZ , quod sit quando curva AF, BZ datae non sunt. Tunc ducatur per centrum R alia quævis diameter $b c$ assumpto videlicet aliquo punto c , in linea elliptica inter B & D existente, & in producta $c R$, ipsi $c R$ æqualis absindatur $R b$; sitque hinc $b c$, ducta parallela JD intra Frustum datum, per cuius medium punctum e centrumque R , ducatur & producatur Re . Ex datis ergo $b R$, & $e R$ [per *Numeri 4. hujus Lemmatis*] inveniatur semidiameter Rf , & ex f-ducantur duæ rectæ, si quidem parallela ipsi $d e$ seu, & D ordinatim applicatae ad $f R$, quæ propinde [ex 32. *primi Conicorum*] ellipsem tangent in puncto f ; $f k$ verbi parallela ipsi CD , secantes productam RG in punctis i & k . Quare si inter Ri & Rk inveniatur media proportionalis [ex 13. *sexti*] erit ea semidiameter RE , atque punctum E vertex segmenti elliptici AEB , [per 17. *sexti Elementorum*, & 37. *primi Conicorum*]. Quod faciendum erat.


Si rectæ iE, Ek , nimirum parvæ evadant, pro praxi alia diameter assimi potest, quæ ex puncto in curva DB , magis à B remoto, quam est c , per centrum ducatur, &c;

7. Sit deinde recta absindens ad basim Frusti dati non parallela, sed obliqua, qualis est in Frusto $A \angle DB$, vel in $T \angle DZ$, recta $\angle D$. Ducatur recta DC ipsi AB , vel TZ , parallela; & fiant cætera prout [Numeri 4. s. & 6.] hic prescrivimus, & sic assequemur propositum. Quod faciendum erat.

P R O P O S I T I O VI.

Semiellipsi, reliquisque segmentis Ellipticis, illisque correspondentibus sectoribus, centrum gravitatis assignare.

1. Esto primo datum segmentum ellipticum abscessum linea recta ad alterum axem perpendicularem, quale esset in figura adjecta id quod per pun-



etiam $QOMKELNPR$, aut in figura pag. 101. per puncta $FGCHI$ describeretur. Illa enim puncta fore ad ellipsem demonstratur. [à Clavio lib. 1. Astrolobij in Scholio Lemmatis 51.] Invento ergo [ex Lemmate primo præcedenti] diametro seu axe ES , ejusque centro X , ex eo ad intervallum XE , describatur arcus circuli $ACEGI$, quem utrinque producta recta QR secerit in A & I . Quare si hujus circularis segmenti [ex propos. 2. hujus capit.] inveniatur pro centro gravitatis punctum u , erit illud ipsum etiam propositi segmenti Elliptici centrum gravitatis.

2. Sit deinde aliud quodcumque segmentum, semiellipsi vel æquale, tamquam vel majus, vel minus, per rectam AIB utcunque abscissum, & habito [per Lemma 1. proxime præcedens] centro F , parteque diametri EI , ad eam per punctum I agatur perpendicularis $GIKS$ & ad intervallum FE describatur arcus circuli $GLEOK$; hujus denique circularis segmenti GEK , inveniatur [per propos. 2. hujus] gravitatis centrum. Dico illud idem esse etiam dati Elliptici segmenti centrum.


3. Figurarum enim polygonarum segmentis circulari & Elliptico planè inscriptarum, idem esse gravitatis centrum, satis constat ex ijs (præcipue hunc in finem propositis & præmissis) quæ fuse supra demonstravimus [cap. 8. propos. 12.] in ijs videlicet segmentis, quæ per rectas ad axem perpendicularares abscinduntur. Sed idem est in quibusvis alijs segmentis ellipticis: vt si (in appositis figuris segmento, circulari quidem $GLEOK$, inscribatur triangulum GEK , & elliptico $BCEMA$, triangulum BEA , centrum gravitatis utriusque trianguli, est plane idem punctum; id enim, [ex propos. 3. cap. 8.] necessariq; existit in eodem punto rectæ EI , bases GK & BA triangulorum in punto E bisecan-


bisecante; Idem dicendum de triangulis LEO , & CEM ; segmentis, circulari nimirum L
 EO , & elliptico CEM inscriptis; centrum namque gravitatis trianguli vtriusque, [ex ea-
dem propos. 3.] existit in recta ER , quæ bases LO , CM in R bisecat. Idem omnino etiam accidit quibusvis alijs figuris rectilineis, segmentis circulari & elliptico eo modo inscriptis. Ut exempli gratia in pentagonis $GLEOK$ & $BCEMA$, quæ constant ex triangulis LEO , CEM , de qui-

bus jam diximus, & ex trapezis $GLOK$, $BCEA$, bina latera LO & GK ; item CM , BA habentibus parallela, & bisecta ab EI , in R & I ; estque præterea BA , ad CM ; ut GK , ad LO . Quare cum RI , sit utriusque trapezio communis, atque in ea, in codemque ejusdem linea puncto existat utriusque trapezij gravitatis centrum, [ut facile ostenditur ex propos. 9. cap. 8. hujus.] ac proinde etiam in eademi linea inter dicta centra idem punctum commune sit gravitatis centrum trianguli scilicet & trapezij correspondentis, ex utraque parte, hoc est, utriusque pentagoni centrum idem. Nam sicut se habet triangulum unum ad suum correspondens Trapezium, ita se habet triangulum alterum ad suum trapezium.

4. Quod vero BA ad CM , sit ut GK ad LO ; [ex 21. primi Conicorum] facile ostenditur. Suppona enim in producta EF , ipsi EP æquali PF : est ut quadratum BI , ad quadratum CR ; ita rectangulum TIE , ad rectangulum TER : & ut rectang. TIE , ad rectangulum TER , ita est quadratum GI ad quad. LR . Ergo [per 11. quinti Elementorum] est ut quad. BI , ad quad. CR ; ita quad. GI , ad quad. LR ; ergo etiam ipsa latera seu rectæ, earundemque duplæ, proportionales sunt, hoc est, BA ad CM , sicut GK ad LO . Satis ergo constat polygonorum predicto modo segmentis circulari & elliptico inscriptorum, idem esse gravitatis centrum.

5. Cum ergo utriusque segmentis, circulari nimirum & elliptico ea ratione in-





ellipsis quam figura, ut sic dicam, infinitorum angulorum, atque etiam si modo eorum segmenta? Accedit quod circulus & ellipsis, inter se sunt si-
cuius polygona ipsis plane inscripta, [ut habetur Lemmate primo quod a Riualdo
praecepit ac propos. Archimedis de Conoidibus & Sphaeroidibus.] Concludere
ergo possumus nos semiellipsi, reliisque segmentis, suum assignasse gravita-
tis centrum. Quod erat faciendum.

6. Ut habeatur centrum gravitatis Sectorum Ellipticorum, nihil aliud hoc
debet prescribendum esse iudico, praeter ea quae jam tradidimus. Sit enim
datus Sector Ellipticus in eadem figura ad centrum, $FBEAF$ (duximus au-
tem lineas FB , FA , item FG , FK , ad confusionem vitandam, in segmento
minori raptum.) ducatur subtendens recta BA , & per supradicta [Numero 2.]
describatur segmentum circulare GEK , ita ut ductis FG , FK sector circularis
 $FGEKF$ correspondeat sectori Elliptico, illius enim centrum [per propos. 1.
hujus inventum] est etiam centrum hujus, vt constat ex supradictis nam &
triangulorum rectilineorum FGK , & $FB\bar{A}$, propter adductas rationes idem
est centrum gravitatis.

7. Idem omnino intelligatur, & accommodetur sectobus ad peripheriam.
Et sic constat eorum propositiones.


AD.

A D D I T I O.

ET si Propositionis hujus, vel potius constructionis Problematis accuratiorem, sed longiorem habuimus demonstrationem, plura scilicet prærequisita habentem, & ad impossibile seu absurdum adversarium dœducentem: quia tamen vidi hoc suo modo jam præstitum & publicatum esse, & non valde absimili à mea methodo, per nostrum Joannem della Faille; ne fastidio Lectori essem, aut videret ad futurum vel molem faciendum laborare, ambages illas declinandas censui, nimiosque scrupulos negligendos.


P R O P O S I T I O VII.

Dato Frusto Elliptico, in eo centrum gravitatis determinare.



Esto frustum præpositum id quod continetur lineis duabus rectis & parallelis AB, CD , & binis ellipticis CA, DB . Oportet ejus centrum gravitatis definire. Invento prius [ex 2. Lemmate proxime præmisso] centro Ellipsis

Q. 2.



sis ejus, cuius frustum proponitur, puncto R , & E ipsius vertice; ex puncto R ad radium RE describatur circuli arcus, secans utrinque prolongatam, & ad RE perpendiculariter, per F medium ipsius AB punctum eductam, rectam LM , in punctis m & n ; ductaque per G , medium punctum ipsius CD , rectam pq ipsi $m n$ parallela, inveniantur centra gravitatis [per propos. 2. hujus capituli] segmentorum circularium $mpEqn$, & pEq , quae sint verbi gratia, majoris quidem punctum r , minoris autem punctum s ; quae erunt etiam centra segmentorum ellipticorum $ACEDB$ & CED . [ut probavimus propos. precedente.] Fiat ergo ut relictum frustum ablato minore segmento, (frustum scilicet circuli ablato circulari segmento, vel frustum ellipsis ablato elliptico segmento) ad suum ablatum segmentum; ita recta centra inventa coniungens $s r$, ad aliam: sumpta etenim in producta $s r$, huic alijs aequali t , erit punctum t , centrum gravitatis propositi frusti elliptici quæsumum. Sunt enim segmenta circularia & elliptica sibi correspondentia proportionalia, ut [propos. precedenti Num. 5.] diximus; & quia cætera constant [tum ex supra dictis, tum ex propos. 8, cap. 2. hujus, patet propositum].

2. Idem facienda erit cum alijs quibusvis Ellipticis frustis, eodem enim modo centrum gravitatis illius dabitur. Exempli gratia si frusti $ACeD$ $BFeA$ inveniendum sit centrum; ducta namque per xq recta xq , inquirantur primorum segmentorum circularium $xEqx$ & $mpEqn$ centra, reliquaque deinde

deinde fiant [ex doctrina propos. 8; capitis 2. hujus] ut dictum est, & consequatur propositionem.


S C H O L I V M.

Quia de Lemulis, securiculis, &c., ellipticis, hoc afferrè possent aut deberent, consuli omittimus. Figure enim illæ claudentur vel meritis lineis ellipticis, vel adhibebuntur etiam circulares, quodcundam autem horum fiat, cum tam de segmentis & frustis ellipticis, quam de circularibus dictam sit satis, ea, ad initiationem eorum, que propositionibus 3. 4. & quinta Capitis hujus docuimus, unicuique talium figurarum accommodare poterit, centraque illis assignare gravitatis. Quod facendum erat.

P R O P O S I T I O VIII.

Dare Parabolæ centrum gravitatis attribuere.

Parabolæ da-
ta sit ABC ,
linea curva ABC ,
& recta AC com-
præhensa. O-
portet centrum
gravitatis ipsius
investigare. Du-
cta quævis recta
 DE intra figu-
ram ipsi AC pa-
rallela bisectetur
in F , & AC in
 G , ut habeatur



Demonstratur ab Archimedœ libro 2. Aequiponderantium propos. 8.


Vt vero BH fiat ad HG , vt 3. ad 2, si nolimus rectam BG , in par-
tes quinque dividere, bisectetur AG in I , & ipsi GI vel IA , fiat æqualis AK ,
& ipsi GA æqualis GL , & BL ipsi GK : recta enim LH , secans angulum GL ,
 B bifarium, scibabit etiam [ex 3. sexti Elementorum.] BG in H , in proporcio-
nem dictam, & consequenter in punto quæsito.

P R O P O S I T I O IX.

Centrum gravitatis Frusti Parabolici investigare.

Frustum Parabolicum cujus centrum inquiritur sit $ADFECC'A$, binis pa-
rallelis rectis AC quidem majore, DE vero minore, & binis curvis lineis

AD, EC clausum. Oportet ejus centrum notum facere. Dacta imprimis



pta, prius videlicet contentum sub quadrato ipsis AG , tanquam base, & altitudine ea quæ ex dupla DE , & simpla AC in rectum componitur; & posteriorius comprehensum sub base, quæ sit quadratum rectæ DF , & altitudine ea, quæ ex dupla AC & simpla DE , in directum compositarum extenditur; Fiat inquam, ut duo hæc solida simul, ad solidum prius; ita recta MN ad aliarn: habebitut [ex ijs que Archimedes propos. 10. libri 2. aequa ponderantium demon- strat] recta MO , in puncto O centrum gravitatis quæsิตum definiens. Quod erat faciendum.

A L I T E R.

Fiat ut differentia quadratorum rectarum AG & DF , ad quadratum rectæ AG ; ita pars diametri GF , ad aliam, erit ea GB , diameter tota. Est enim [ex. 22. primi Conicorum] ut quadratum AG , ad quadratum DF ; ita recta GB , ad FB : dividendo ergo est, ut differentia dictorum quadratorum, ad quadratum DF ; ita differentia rectarum GB , FB , quæ est recta FG , ad rectam FB . Hac habita diametro GB , [ex propos. precedenti] inquirantur centra gravitatis, punctum H quidem parabolæ totius ABC , punctum vero P , Parabolæ partialis DBE : Et fiat ut differentia cuborum rectarum AG , & DF ad diametrum ordinatum applicatarum, ad cubum ipsius DF ; ita recta PH , centra inventa conjungens, ad aliam; invenietur [ex propos. 8. cap. 2. hujus] recta HO , in punto O centrum gravitatis quæsitum determinans. Est enim ut cubus ordinatum applicatae AG , ad cubum applicatae DF ; ita parabola maior, ad parabolam minorem: [ut demonstratur à Fed. Commandino in ijs que premitit supra adducta decima propositioni Libri secundi Equepond. Archimedis]. Constat ergo nos satis fecisse proposito, etiam hoc alio modo. Quod faciendum erat.

A D D I T I O N

Deest hoc loco hyperbolæ, ejusque partium centri gravitatis investigatio. Patet insuper tam pro lineis, ut alibi monuimus, quam pro superficiebus, gravitatis centri venandi amplissimus adhuc campus, quem jure merito ei percur-
rendum

rendum relinquimus, qui plenum adhuc magnitudinam de quibus nemo hactenus centra gravitatis determinavit sensim edenda. Prosequat ergo ea sequenti capite quæ methodus requirit, & de quibus similiter nemo hactenus: & Lectorem interim ad modum mechanicum ablego, Capite duodecimo afferendum:

CAPUT X.

DE CENTRO GRAVITATIS PERIMETRORUM eorum, qui Corpora circumdant.


PER tractatio hoc parum ad rem nostram faciet, quippe quæ centrum gravitatis offerat, quorum usus fortassis exiguis aut nullis omnino apud nos futuros sit: quia tamen & methodus hactenus instituta, ordine quoque quam venimus, id est requirere, & ansam alijs ad suppellectionem geometricam inde multiplicandam prabare posse videatur; idcirco sicut eam omnino praterire non possumus, ita relatis quibusdam scrupulositatibus geometricis paucissimis ab ea usq; expediemus. Tripliciter autem accipi potest Perimeter corporum, latè sumpto vocabulo. Circundatidr enim corpus & punctis, & lineis, & superficiebus. Aliqua corpora videlicet ab omnibus: ut Pyramis. Aliqua punctis tantum & unica superficie; quale est corpora quod describitor ex circumactu segmenti circularis, circa suam basim: qualia sunt eti pars que Figura ultima pag. 87. exhibet, & duo puncta A & C denotant. Sunt etiam aliqua corpora que unico punto, unica linea & duabus superficiebus constant, ut est Conus. Aliqua deinde que nullum admittunt punctum, sed linea tantum: ut lineis, & superficiebus constant: ut est hemisphaerium & Cylindrus. Aliqua denique & puncta & lineas excludunt unica superficie, comprehendens: ut Sphera, & Sphaeroides, &c. Nos ergo missa nunc facimus ea que spectant ad puncta & lineas, & de his tantum perimetris qui superficiebus constant brevissime, ut diximus, agemus.

PROPOSITIO I.

Perimetri Pyramidum centrum gravitatis indagare.

Per centrum gravitatis vnius triangulorum, quæ & Pyramidem propositam continent, & in eodem verticis puncto conveniunt, ducatur planum basi Pyramidis parallelum; & Figuræ illius quæ ex communibus sectionibus dictorum triangulorum cum hoc plano nascitur, quæ quidem praedictæ basi similis similiterque posita erit, inquiratur gravitatis centrum, prout supra capite quarto docuimus; ita tamen ut loco linearum seu laterum eorum quæ Figuram terminant, assumentur ea triangula in quibus ipsa latera sunt. Hoc

Hoc estiam centrum, est centrum gravitatis perimetri Pyramidis propositum, basi excepta. Quod si recta quae centrum hoc, cum centro basis, ex doctrina capitis octavi invento, conjungit, ita dividatur, ut pars quae in centro basis terminatur, sit ad reliquam, ut superficies omnes simul sumptae; quae in vertice pyramidis coeunt, ad superficiem basis, erit divisionis punctum centrum gravitatis perimetri totius Pyramidis propositum.



Esto data Pyramis Triangularis, exempli gratia $ABCD$, tribus triangulis ABC , ABD , ADC ; supra basim BDC constitutis, compræhensa. Invento igitur [ex cap. 8. hujus] centro gravitatis H , trianguli alicujus ex predictis, verbi gratia trianguli ABD , ducatur per ipsum ipsi BD parallela recta NL , & in triangulo ABC per punctum commune N , agatur ipsi AC parallela NM ; erit planum ductum per duas rectas LN , NM , parallelum basi BDC [ex 15. undecimi Elementorum] ac proinde etiam ducta recta LM , ipsi DC parallela erit, & [ex 10. undecimi] totum triangulum NLM , toti triangulo seu basi BDC simile erit, similiterque positum. Hujus ergo trianguli NLM , si inveniatur [ex doctrina cap. 4.] centrum perimetri, (hoc est loco lateris NL aspernendo triangulum ABD , & loco lateris LM , triangulum ADC , & deinde loco lateris NM , accipiendo triangulum ABC ,) minimum punctum P erit id centrum gravitatis commune trium triangulorum eorum, quae in vertice A convenient. Quarè si recta PE , quae centrum hoc cum puncto E , centro gravitatis ipsius basis conjungit, dividatur ut diximus, erit punctum divisionis centrum gravitatis totius perimetri Pyramidis datæ. Quod facendum erat.

Nam hoc ultimum constat [ex 6. vel 7. propos. cap. 2. hujus,] & reliquæ ostenduntur. Ductæ rectæ AF , AG , AK ad bisectiones basium BD , DC , CB , secant à piano NLM in punctis H , I , L centris gravitatis triangulorum ADB , ADC , ABC ; in H quidem ex constructione, in reliquis vero ex consequenti: cum omnes lineæ ex vertice A , in bases BD , DC , CB demissæ proportionaliter secantur; quia contigua triangula semper unum latus habent commune; ut triangula ABD , ADC , habent commune latus AD . Quare cum sit in triangulo ABD , ut AH ad HF , ita AL ad LD ; & ut AL ad LD , in triangulo ADC , ita AI ad IG ; ergo ex æquo est, ut AH ad HF , ita AI ad IG ; & sic de ceteris. Igitur si bina centra H & I jungantur, & hæc ut triangulum ABD , ad triangulum ADC ; ita recta IO , ad OH , erit punctum O , commune centrum gravitatis utrorumque dictorum triangulorum: Deinde ut hæc duo triangula simul ad tertium, ita kP ad PO ; erit P punctum communæ centrum gravitatis trium triangulorum, &c. Quod erat ostendendum.

C O R O L L A R I V M . I.

EX his manifestum est eodem planè modo & haberi, & ostendi posse inventionem centri gravitatis, perimetri cuiusvis Pyramidis, quorumcunque laterum seu

seu triangulorum, tam quoad multitudinem, quam quoad qualitatem: hoc est, ut sit basis ~~quacunque~~ figura rectis lincis contenta; & axis pyramidis sit ad eam vel rectus, vel obliquus.

COROLLARIVM II.

Deduicitur secundò compendium pro ijs pyramidibus, quarum bases sunt figuræ polygonæ, quas regulares vocant. Nam vt habeatur centrum gravitatis perimetri illarum, basi excepta, alia re opus non est, quam vt axis earundem ita dividatur, vt pars ad verticem sit ad reliquam dupla; punctum quippe divisionis exhibet centrum gravitatis quæsumum. Centrum enim figuræ per quod axis transit, tam basi, quam illius plani paralleli, de quo supra in demonstratione, est centrum etiam gravitatis, tam plani, quam perimetri, vt alibi ostendimus.

COROLLARIVM III.

Ex quo vltius sequitur in ijs pyramidibüs, quibus bases sunt figuræ regulares & laterum numero parium, centrum gravitatis trianguli per axem, esse etiam centrum perimetri pyramidis, basi tamen excepta.

PROPOSITIO II.


Dato Frusto Pyramidali, centrum gravitatis perimetri ipsius invenire.

Datum sit Frustum Pyramidis inter bases regulares & parallelas $ABCD$, & $EFGH$, & quatuor Trapezia $AEBF$, $BFDH$, DHC , $GCEA$ constitutum. Oportet harum superficerum communem centrum gravitatis invenire. Sic ductum planum quodvis per puncta K & I , centra videlicet basium, vt habeatur ex communibus sectionibus Trapeziorum quoddam, binarum rectarum parallelarum, quale est exempli gratia trapezium $CBFG$. Hujus inquiratur [ex cap. 8. hujus] centrum gravitatis L , eritque id centrum illud, quod hic inquirendum proponitur; quatuor nimis trapeziorum, nisi ausent basium, Est enim primi trapeziorum illud $CBFG$, pars trianguli OGB , per axem OK , si pyramidis perficiatur, in cuius trianguli unico puncto, [ex Coroll. 3. proxima precedentis Propositionis], & ipsius trianguli, & perimetri pyramidis, basibus exceptis, centrum gravitatis consistit. Quare cum sit ut triangulum OGF , ad trapezium $GFBC$, ita perimenter seu quatuor triangula OEF , OFH , OHG , OGE , ad quatuor trapezia, frustum datum circumdantia; erit etiam eadem ratio de centris gravitatis illorum, &c. Quare quantum L , & Trapezij GB , & quatuor circumstantium trapeziorum, hoc est, perimetri dati frusti basibus exceptis, centrum gravitatis est. Quod erat faidendum.

R

Sic-

Cest



Superfluum esset ostendere jam, qua ratione huic perimetro & vni-que basi commune centrum investigetur, cum hoc in similibus sapienter fa-ctum sit.

S C H O L I V M.

Pro frustis quorum bases sunt irregulares, & non parallele, hoc loco nihil singula-re proponendum duxi. Perficienda enim est Pyramis, & veriusque tam majoris quam minoris, inveniendum centrum gravitatis, ut propositione precedente docui-mus, & ex his per propositionem 8. capituli 2. centrum gravitatis perimetri, qui fru-stum circumdat; ut in similibus jam supra prescriptum.

P R O P O S I T I O III.

Perimetri Coni, Conicique Frusti, centrum gravitatis in-dagare.

1. **A**xis Coni dividatur ita, ut pars verticem respiciens sit ad reliquam dupla. Dico punctum divisionis esse centrum gravitatis perimetri seu superficie conicæ, basi videlicet excepta. Cono enim inscribi potest pyra-mis cuius basis sit figura regularis, quæ pyramidis à Cono deficit minori solido, quantacunque magnitudine proposita, cuius perimetri centrum axim-eo modo quo diximus dividit, [ex Corollario 2. propositionis proxime prece-dentis]. Ergo illud centrum etiam est gravitatis perimetri, seu superficie conicæ. Quod erat faciendum.

2. Commune centrum superficie conicæ & basi, ex sepe dictis facile invenitur.

3. Frusti centrum, quod ad perimetrum conicum spectet, eodem modo invenitur quo Frusti Pyramidalis, ut in proxima propositione docuimus: modo bases parallelae sint. Quod si bases parallelae non fuerint, servandus est modus in ptoximo Scholio prescriptus. Ratio constat ex supradictis.

P R O P O S I T I O IV.

Perimetri Parallelipedorum, Prismatum, & Cylindr-orum, centrum gravitatis dare.

Resta quæ centra gravitatis basium consunctorum dividuntur basiam. Dico punctum sectionis hujus, esse centrum gravitatis perimetri totius corporis propositi. Res cum tam ex se, quam ex ijs, quæ ex hactenus dictis deducuntur, clara sit, alia demonstratione opus non habet. Factum ergo quod propositum est.

P R O P O S I T I O V.

Centrum gravitatis perimetri cuiusvis portionis, & fru-sti Sphærae, Sphæroidis, & Conoidis Parabolici, ostendere.

Cen-

Centrum gravitatis totius Sphæræ, & Sphæroidis superficie, cum sit ipsum in Sphæræ, Sphæroidisq; centrum, de portionibus tantum ac frustis dicendum erit.

Per centrum basis & verticem portionis, hoc est, per axem ducatur quodvis planum, eritque figura ex communibus sectionibus nata, in Sphærica portione quidem, segmentum circuli; in Sphæroidico vero segmentum Ellipsis, & in Conoidis Parabolico, Parabola. Hujus ergo segmenti seu parabolæ, inquiratur ex capite præcedente centrum gravitatis. Dico illud idem esse etiam centrum gravitatis perimetri portionis propositæ, basi excepta.

2. Idem dico de perimetro frusti Sphærici seu Sphæroidici, vel Conoidici, planū enim ductū per centra basium parallelarum, seu per axem, generat frustum circulare vel ellipticum, vel conoidicum, cuius centrum gravitatis ex capite proxime præcedenti inventum, est etiam centrum gravitatis propositæ superficie sphæricæ, seu sphæroidicæ, vel conoidicæ dati Frusti, exceptis basibus. Factum ergo quod propositum est.

3. Possent hæc ostendi per inscriptionem & circumscriptionem superficie rum conicarum, &c. nos autem, ut initio hujus capituli mouimus, ab his consulto abstinemus, propter caussas ibidem allatas. Interim tamen donec Libro secundo aliqua huc spectantia afferamus, dubitanti satis faciat similitudo quæ est cum hisce, & conicis superficiebus. Nam sicuti Conicæ superficie centrum gravitatis est idem quod est trianguli, seu (in frusto) trapezij per axem ducti: ita hic eodem modo centrum gravitatis superficie portionis Sphæricæ, Sphæroidicæ, & Conoidicæ, seu Frusti, etiam est centrum gravitatis segmenti seu trapezij per axem ducti, basibus tamen utrobique exceptis.

CAPUT XI.

DE CENTRO GRAVITATIS CORPORUM.

Ed & hæc, quæ hoc loco ex alijs adducemus (nam pauca nova hoc capite comparebunt), magis ad plenitudinem Tractatus, quam ad nostrum institutum, ut Libro sequenti pœnitit, spectant. Nimirum ut Lector omnia simul habeat, quæ ad tractationem de Inventione centri gravitatis pertinent; quantum videlicet in hanc usque diem scire licuit, & res ipsa proponenda pluribus, ut brevitate consulatur, non indiguit. Nam hac de causa exhibebimus primum tantum, & constructionem Problematum; Lectorem speculativum ad ipsos Auctores, quos fideliter citabimus, pro demonstratione ablegantes.

PROPOSITIO I.

Cujusvis Corporis ordinati centrum gravitatis explorare.

Corpora absolute regularia recensentur à Geometris quinque tantum; nos ordinaria & hæc, & alia vocamus, quæ ut cunque Sphæræ inscribuntur, & cum ea idem centrum magnitudinis seu Figuræ obtinent, quorum etiam si non omnia, saltem aliqua, ea nimirum quæ ex prædictis quinque ortum ducunt, *aucta* & *imminuta* dicuntur. Horum autem omnia centrum Figuræ, seu sphæræ, est etiam ceptum gravitatis: ergo illo habito, habebitur & hoc. Quod erat faciendum.

Stevinus propositione 14.

P R O P O S I T I O . II.

Cujuslibet Parallelipedi, Prismatis, & Cylindri, centrum gravitatis monstrare.

Inveniatur axis medium dati corporis; hoc enim est centrum gravitatis ipsius.

Demonstratur à Stevinio de Prismate, & consequenter etiam de Parallelipedo, propos. 15. A Luca Valerio libri 1. propos. 25, 33, 34, 41. A Federico Commandino propos. 8. de centro gravitatis solidorum.

P R O P O S I T I O . III.

Dati cuiusvis Pyramidis, & Coni, centrum gravitatis, palam facere.


Axis dati hujusmodi corporis dividatur in quatuor partes æquales, terminus primæ, à base incipiendo, est centrum quæsumum.

Demonstratur à Commandino propositione 22. Luca Valerio lib. 1. propos. 31, 32, 39. Stevinus propos. 18.

P R O P O S I T I O . IV.

Dati Frusti Pyramidis, ut & Coni, centrum gravitatis eruere.

Sit datum Frustum Pyramidis $ADEH$. Oportet ejus centrum gravitatis indicare. Absolvatur tota Pyramis, & sic ejus axis recta OK , & ex propositione proximè præcedente, inveniatur viriusque pyramidis, tam majoris $AD\bar{O}$, quam minoris EHO , centrum gravitatis M & N , deinde recta NM producata dividatur, [juxta Propositionem 8 capituli secundi hujus] ita in puncto P : ut sit MP ad MN , sicut



etoti est Pyramis minor ad Frustum propositum. Dico parvatum P; esse centrum gravitatis Frusti propositi.

De Frusto coni, nihil aliud præscribendum est: Perficiendus enim est conus, & reliqua facienda, sicuti de pyramide diximus.

Alius modus haberi potest ex Fed. Commandino propos. 26. Et Luca Vaserio Lib. 1. propos. 35, 36. & 40. & Lib. 3. propos. 25. qua studio omittimus.

PROPOSITIO V.

Centrum gravitatis cuiuscunque corporis, planis superficiebus contenti explorare.

OMNIA FIARIT AD Imitationem, propositionis 13. capituli octavi hujus. Nam acuti ibi figura plana rectilinea resolvitur in sua triangula: ita hic solidum in suas pyramides distinguendum est, accepto commodo aliquo puncto pro communi vertice, aut pluribus etiam punctis; Deinde duarum, pluriumque inveniatur centrum gravitatis commune, donec corpus propositum exhauiatur totum, &c.

Constat ex dictis tam hic et alibi, quam ex iis que habet Stevinus propos. 21.

PROPOSITION VI.

Conoidis Parabolici centrum gravitatis determinare.


Dati Conoidis axis divisus in tres partes æquales, relinquat duas versus verticem, & unam ad basim, punctum hujus divisionis quasitum centrum gravitatis determinat. Quod erat faciendum.

Demonstratur à Commandino propos. 29. Et à Valerio Libri 2. propos. 41.

PROPOSITIO VII.

Frusti Conoidis Parabolici centrum gravitatis invenire.

Esto Frustum conoidis parabolici $ADEC$, cuius axis FG , diameter basi majoris AC , minoris DE . Oportet centrum gravitatis ipsius assignare. Fiat ut triplu circuli diametri AC , una cum triplo circuli diametri DE ,



adduplum circuli DE , vna cum circulo AC , ita recta FG , ad aliam, quæ sit GN . Dico punctum N esse centrum gravitatis Frusti propositi. Quod erat faciendum.

Constat ex propos. 42. Libri secundi de centro gravitatis solidorum Lucas Valerij.

S C H O L I V M .

Ingeniosè hac Lucas Valerius nam ex ijs que habet Fed. Commandinus propositione 31, quæ est ultima Tractatus ipsius de centro gravitatis solidorum, difficilior eruitur modus. Superaddit autem idem Valerius aliquot Theorematæ, quæ ad inventionem centri gravitatis & Conoidis Hyperbolici, & ejus Frusti spectant: sed quia paucis ad praxin reduci non possunt, satis nobis erit indicasse, unde & praxis & Theorie doctrina accipienda sit. Sunt autem Libri secundi propositiones 43 & 45, Libri tertij proposilio 39, & in Appendice proposilio 7. Non possum autem non adiungere particulam faltam eorum, quæ primus adinvenit idem Valerius, de centro gravitatis portionum Sphaerae, ad perpetuam viri hujus, mihi de facie olim noti, memoriam, à tota posteritate cum laude celebrandam: Et est determinatio centri gravitatis Hemisphærii. De reliquis portionibus tam majoribus & minoribus, quam frustis diversis, videat Lector ipsos Valerij liberos. videlicet Libri secundi propositiones 34, 35, 36, 38, 39, 40, & libri tertij propositiones 32, 33, 34, 35, 36.

P R O P O S I T I O VIII.

Centrum gravitatis Hemisphærii indicare.

AXIS dividatur in 8 partes æquales, punctum quod partes quinque deorsum à vertice, vel tres à base sursum determinat, est centrum gravitatis quæsitus.

Valerius Lib. 2, propos. 33. & Lib. 3. propos. 31.

S C H O L I V M .

Diximus in Corollario Propositionis 1. Capiti 9. quicquid dictum sit de Centro gravitatis Linearum Capite sexto, id suo modo applicari posse, partibus circuli plani, ratione centri gravitatis ipsorum planorū. Quod idem subintelligendū fuit de ijs, quæ Capite sexto premiseramus. Exempli gratia Propositione 4. ponitur, qua ratio ex centro gravitatis alicuius arcus circuli, inveniatur centrum gravitatis arcus dupli, quadruplici, &c. Et contra. Hoc idem dici potest de centro gravitatis Sectoris circuli. Dato videlicet centro gravitatis cuiuslibet Sectoris circuli, ex eo inveniri posse centrum gravitatis Sectoris dupli, quadruplici, &c. & contra.



Ponatur enim in Schemate illius Propositionis, quod hic repetimus,
pon-

PROPOSITION IX.

Dato Centro gravitatis Sectoris Sphaerici, invenire Centrum gravitatis Sectoris dupli, quadrupli, octupli, &c. Item subdupli, subquadrupli, &c sic deinceps in proportione subduplici; &c hoc in infinitum: in proportione dupla quidem, usque ad complendam &c varie multiplicandam Sphaeram; in subduplici vero per continuas bisectiones.

Sectorem Sphærae vocamus Solidum, quod continetur binis semicircularibus planis diametris suis, in axe Sphærae coniunctis, eaque superficie Sphærica, que à peripherijs semicircularum intercipitur. Sic si hemisphaerium sectetur piano per axis, fiant duo Sectores Sphærici.

Esto exempli gratia in adiecta figura hemisphaerium $AFBCEA$, hoc est, semicirculus ABC , sit sectio plani per axem EB , & communis hujus plani, & basis hemisphaerij sectio, sit recta AEC : & sit iam punctum I , centrum gravitatis hemisphaerij. Dico perpendiculararem ad EB , ex puncto I versus EF ductam, eandem E F , ad medium punctum arcus AFB , ex centro E protractam, secare in puncto H , centro gravitatis Sectoris Sphaericci, qui est medietas totius hemisphaerij. Et contra, Dato centro gravitatis H , huiuscmodi Sectoris Spha-



rici, seu Sphæræ Quadrantis, si ex *H*, ducatur perpendicularis ad *E.B.*, erit punctum *I.* centrum gravitatis hemisphaerij.

Res hæc ut demonstretur, cum pluribus indiget verbis, quam rationib[us], eaque tales sint quæ vnicuique, qui præcedentia intellexit, obviæ ac manifestæ sint; plura in confirmationem addere polamimus. Et sic satisfactum esse Propositioni judicamus. Quod faciendum erat.

Occurrunt plura hoc loco ponenda, sed quia per alias occupationes jam non licet ea promere; aliud tempus expectandum erit, aliquæ occasio arripienda. Quare ad alia properamus.

C A P V T XII.

D E M E C H A N I C A C E N-

trorum gravitatis inventione, eorundemque positus inter se comparatione.



Ua hoc Capite proposituri sumus, videntur hunc tanquam proprii sibi debitum & assertum locum exposcere. Tam commode namque alibi tractari non poterant; certè cum alijs commisceri non debuerant. Comparatio autem centrorum gravitatis ultimam omnino secundum sibi vindicat: inter se enim comparari non possunt, nisi prius existant. Eam vero indigamus potius quam trahamus: eo quod multa multarum magnitudinum gravitatis centra nobis adhuc desint; qua quando, ut bene speramus, ab ipsis qui ea promiserant, recti fuerimus; tunc demum dicta comparatio perfectionem suam assequi poterit. Subiectus denique coronidis loco Dissertationem quandam, de mutatione centri gravitatis Globi Terreni, ejusdemque inde consequentis motu: rem videlicet à premissa materia minime abhorrentem.

P R O P O S I T I O I.

Cujuscunque Corporis centrum gravitatis mechanice in-
dagare.

I. **H**abet hoc Clavius noster in Commentarij; in primum Caput Sphæræ Sacrobosci, his verbis: *Cognoscitur autem centrum gravitatis cuiuslibet corporis, quamvis etiam irregularis & difformis, hac ratione. Suspendatur si liberè Corpus, cuius centrum investigatur, & à suspensionis signo, filum cùm perpendiculari demittatur, noteturque linea, quam filum in corpore designat: deinde rursus ex alio punto suspendatur idem corpus, à quo rursus filum cum perpendiculari demittatur, notata quoque linea ipsius filii in corpore. Quoniam igitur ut cunque corpus pendeat, centrum gravitatis in linea illa perpendiculari, qua ad centrum mundi vergit reperitur, necesse est, utramque perpendiculari per gravitatis centrum transire. Punctum igitur illud corporis, in quo se intersectant due illa linea perpendicularis, centrum gravitatis indicabit.* Haec ille. Ad quæ recte practicanda & intelligenda aliqua notanda sunt.

2. Et

Ecce primo quidem ut punctum illud accuratius & certius indagetur, operatio saepius repeti debet, & dictæ perpendicularium intersectiones, in diversis propositi solidi partibus notari, ut ex ijs omnibus tandem idem eruantur gravitatis centrum quod quartitur.

Secundo. Aliquod ex his intersectionum punctis potest quidem esse quartum gravitatis centrum, sed non nisi rarissime id accidet. Quando autem id intra ipsam corporis soliditatem existit, deforis certe designari nequit: possunt tamen intersectiones dictæ esse indicia, ubi nam centrum situm sit, ut id venient aliquando per conjecturam; in corporibus videlicet valde irregularibus; aliquando vero certò, cum nimis corpora utcunque ordinata. s. Quando vero centrum gravitatis extra corpus situm est, tunc eadem quidem evenient; sed conjectura fieri debet, aut certitudo haberi, ex concursu, (si quidem sit datur, aut coniici potest) linearum in corpore suspenso signatarum, & ultra id protractarum.

3. Est & alia ratio, & communissima ad inveniendum centrum gravitatis corporum solidorum, quæ instar laminæ latitudinem ac longitudinem notabiliter plus extendunt; minori videlicet existente profunditate. Eo utuntur argentarij quando ex crassiori lamina, figuræ utcunque rotundæ, pocula fabricantur. Nam ut æqualiter, & æqualis ponderis partes ex medio, per mallem vndique protrahant, excessu gravitatis, saltum in superficie, prius inquirunt, hoc modo. Cælum seu instrumentum ferreum ABC, quo supra caput seu partem superiorem A, mallei percussione altero extreto seu acutiore parte C, puncti signum, præ quavis re, imprimere solent, ita erigunt, ut punctum illud C recta sursum tendat, & caput A solido alicui corpori innitatur; huic punto C superimponunt laminam CE, cujus centrum co-nantur investigare, & tentando tam diu hinc inde moveant, donec ipsa ad nullam partem magis inclinet, sed supra punctum illud C quasi quiescat, quam mox supra idem punctum malleo percutiunt, ita ut acuta illa pars cæli, laminæ sursum versus punctum imprimat, quo postea pro centro gravitatis in fabrica operis utantur.

Quod si loco cæli adhibetur culter, & lamina parti acutiori superimponatur, & hinc inde moveatur, donec supra illam utcunque quiescat, habebitur linea in qua punctum quod quartitur necessario existere debet. Quare si alia talis linea, per eundem modum inventa, in lamina notetur, habebitur in communi sectione punctum ipsum quartum.

P R O P O S I T I O II.

Cujuscunque Superficiei planæ centrum gravitatis mechanice venari.

Proponimus hoc loco investigare centrum gravitatis planorum quorūcunq; & cuiuscunq; tandem figuræ ea sint, claudanturq; lineis quibusvis, sive rectis, sive,

sive mixtis. Sumatur ex metallo Lamina bene complanata, et qualis ubique spissitudinis, quales sunt istae, quae non mallo, sed per certas & aequales quantitas ducuntur, eaque induatur figura tali, quamvis desiderat, & cum illa iuxta praescriptum propositionis precedentis mechanicum tuum artificium exercetas: punctum enim quod hisce modis sese offert, centrum gravitatis plani seu figuræ adhibet indicat. Talis namque Lamina est prisma aliquod, cujus bases sunt utraque facies laminæ, & spissitudo illius, est prismatis altitudo. Quare si in utraque facie centrum gravitatis aliquo ex praemissis modis inveniatur, erit linea recta per illa ducta, axis propositi prismatis, de quo alibi demonstratur quod per centra gravitatis basium transset.

2. Sed quid si figura esset talis, quæ in se non contineret centrum, sed id extra figuram situm esset, ita ut modus Propositionis prima Numero 3. praescriptus locum non habeat? Tunc adhibendus solus ille, quem in eadem Propositione proxima Numero 4. indicavimus, aut certe Claviatus inicio eisdem propositionis allatus, in auxilium vocandus, qui quidem accuratus etiam est, modo artificium corpus aut laminam suspendendi difficultatem alicui imperito non afferat. Inventus autem uno aut plurimum dictorum modorum, duabus tribusve lineis in laminam nocatis, ea chartæ aut tabellæ, cera vel alia re, affigatur seu agglutinetur, & lineæ dictæ supra illam chartam vel tabellam ultra laminam producantur, donec concurrant, punctum enim cursus erit id, quod tanquam centrum gravitatis dati plani, vel etiam corporis, suo modo intelligendum, inquirebatur.

3. De centro gravitatis mechanice indagando pro superficiebus non planis, aut mixtis, aut planis pluribus variè dispositis, &c, hæc nihil praescribo, ei qui viterius progredi cupit, satisfacere poterunt ea, quæ hac & proxime precedenti propositione attulimus.

PROPOSITIONE III.


Centrum gravitatis Linearum quarumcunque mechanice coniicere.

1. **D**is centro gravitatis linearum rectarum hoc loco opus non est quicquam distare, cum media illarum quod uniuscuique notum est, contineat predictorum centrum, ut in precedentibus suis tacis ostendimus; nisi plures tales velimius conjungere, evitandemque situm diversimode variare; et tunc complexio illa rectarum est aliunde, ab hac tamen etiam propositione centrum sua gravitatis, & petere possit.

2. Assume ergo ubi filum ex metallo, ferti nimirum, cibro, &c, tenui, quod ad imitationem tuæ lineæ, cujus centrum gravitatis queris, flecte, reflece, inflece, sive recte, sive curvè, sive mixtum, prout ad propositum tuum tibi placitum fuerit; ita tamen ut omnis filii longitudo, quomodounque inflexa aut retorta, in uno eodemque semper jaceat plano: de his enim solum loquor lineis, quippe quæ sola pro secundo Libro nobis usui esse poterunt. Formatum hoc ad libitum tuum metallinum filum suspende ita, ut supra [propositione prima ex Clavio] praescripsimus, & signa duo à filo perpendiculari signata,

gnata, tanquam sibi correspondentia primò nota. Idem facies, mutato loco suspensionis, secundo aut tertio, & tandem correspondentia puncta rectis lineis junge, eo modo quem supra etiam [propos. 2. hujus, Numero 2.] attulimus: harum enim linearum intersectio, quæ situm centrum gravitatis mechanice & proximè exhibet.

3. Exempli gratia sit filum metallinum circulariter intortum $DACB$; quod sit primò ex punto A suspensum, & ex eodem, per filum aliud pendens, duo puncta signata & notata A & B . Deinde suspendatur secundò ex alio punto D , & signentur alia duo puncta, in quibus metallum à filo perpendiculari notam accepit, quæ sint D & C . Juncta tandem correspondentia sibi puncta, per rectas AB & DC , mutua sui intersectione in punto E , centrum gravitatis lineæ seu filii propositi quam proximè indicat.



S C H O L I V M.

1. Inventio hoc centri gravitatis linearum est tam accurata non sit, atque est tamen ratione superficierum propos. 2. attulimus: filum enim metallinum est tense, ut, quemadmodum corpus aliquod requirit pondus ut suspendi & gravitare possit, ita ea ipsa ponderosa qualis qualis soliditas, latitudinem aliquam gignit, que natura linearum non convenit: ea ipsa tamen latitudo cum exilio & stricta valde sit, non multum nobis in hac re facebat negocium; perito enim artifici facile erit judicare de summa rei, eique factis accurate licebit centrum quod querit gravitatis, linea hac ratione non gravitantis, assignare.

2. Posset præterea, is qui præcedentes tres propositiones ad primum aliquoties reducisset, dubio procul plura qua ad facilitatem praxis, ad præcisionem geometricam, ad præcavenda impedimenta, &c, facerent in medium afferre, & ijs qua nos breviter innuimus multa adjungere. Verum nos qui in his ipsis practicis speculative quasi progressi sumus, ut non negamus esse posse alios, si primum spectemus, & accuratiores fortassis centrum gravitatis indagandi modos; ita hisce, quos practicè sine praxi attulimus, officio nostro nos satisfaciisse, eaque indicasse, qua & practicè & speculatorius possint sufficere, existimamus.

P R O P O S I T I O IV.

Situm Centrorum gravitatis Linearum, Superficierum, Corporum, que triangularem ac pyramidalem figuram constituant, inter se comparare.

1. Centrum gravitatis commune duarum linearum, seu crurum cuiusvis trianguli, rectam eam quæ ex vertice per ipsum, ac proinde ad medianam basis dicitur, bifariam seu in duas partes æquales dividit; ut constat ex prima propositione capitinis quarti.

2. Idem facit centrum gravitatis perimetri linearis, cuiusvis pyramidis, exceptis

ceptis basibus: secat enim axem in duas partes æquales, quod facile ex eadem propositione deduci potest.

3.. Trianguli deinde centrum gravitatis, nimurum prout triangulum est superficies, ductam ex vertice per centrum rectam lineam usque ad basim ita secat, ut pars ad verticem sit dupla ad reliquam; quod constat ex propos. 3. cap. octavi.

4.. Idem facit centrum gravitatis perimetri superficialis cuiuscunq[ue] pyramidis, basi excepta; id enim lineam, ex vertice per ipsum demissam in basim, in eandem proportionem dirimit.

5.. Centrum denique gravitatis cuiuslibet Pyramidis, vt & Coni, axem sic notat, ut pars ad verticem, ad reliquam sit tripla; sic habetur propositione tertia, capite praecedenti.

6.. Ergo si axes seu lineæ per centrum gravitatis ductæ, penes quas vel in quibus situm centri consideram⁹, ponantur partium æqualium 12. erit in lineis, [de quibus hic Numero 1. & 2.] pars ad basim talium partium 6. De superficiebus vero loquendo, [ut factum hic Numero 3. & 4.] erit eadem pars axis à base computando earundem partium 4. In corpore vero [ut Numero 5. diximus,] erit eadem pars axis, à base incipiendo atque in centro terminando, distarum partium 3, Partes ergo illæ inter se comparatae sunt 6. 4. 3. quæ est proportionalitas Harmonica: qualis etiam est inter puncta, lineas, & superficies cuiusvis cubi, in qua re tamen mutatur ordo, & punctis praecunt lineæ. Cubus enim quilibet constat 12 lineis, 8. punctis, & 6 superficiebus, qui numeri similiter sunt proportionales in proportione Harmonica.

7.. Quod si considerare, velimus dictorum trium axium proportionem, partium scilicet unius axis seorsim sumptu, verticalis nimurum ad reliquam, easque conferre invicem, inveniemus in axe pro lineis, proportionem æqualitatis; in axe pro superficiebus, proportionem duplam; & in corpore triplam: ita ut denominatores proportionum constituant proportionalitatem Arithmeticam, hoc modo: 1. 2. 3.

P R O P O S I T I O . V.

Positum centrorum gravitatis Lineæ, & Superficiei hemicyclæ, atque Soliditatis hemisphærij inter se conferre.

Hanc si possemus exprimere præcisè numeris, ut proximè fecimus, exprimeremus etiam tam diu desideratam Quadraturam circuli. Sed hic et si Archimedes velit pluta mouere, jubet tamen Plato quiescere. Inveniem⁹ autē aliquid. Ponatur semidiameter, radi⁹, seu semiaxis in quo nimurum centrum gravitatis prædictarum trium magnitudinum existit, partium æqualium 1000000, erit ex allatis à nobis capitibus præcedentibus, pars radij quæ à basi incipit, & in centro gravitatis semiperipheria circuli desinit, talium partium proximè 636618: ea vero quæ ab eadem basi exit, & in centro gravitatis area semicirculī finit, earundem partium 424412 proximè. Et denique simili recta in hemisphærio solido est partium 375000 præcisè. Sed quia priores duo numeri exactè non dantur, nihil de mutua inter se trium ho-

horum numerorum proportionalitate definire licet. Hoc tamen possumus certò asserere, vt quemadmodum in proximè præcedenti propositione, recta quæ cæntrum gravitatis pro lineis rectis determinat, ad rectam quæ cæntrum gravitatis pro superficiebus definiat, se habet ut 6 ad 4, sive ut 3 ad 2: ita etiam hic, & quidem (quantum spectat ad fundamentum ex quo numeri habentur lineas videlicet seu quantitatem continuam) præcise, recta cæntrum gravitatis definiens hemiperiphæriæ, est ad rectam determinantem cæntrum gravitatis hemicycli, (prout tanquam superficies accipitur) ut 3 ad 2. Quod hic obiter notasse superfluum fortassis non fuerit. Sed finitis hisce nostris Læcubrationibus ad Dissertationem, de qua diximus, accedamus.


DISSERTATIO PHISICO-MATHEMATICA

DE

MOTU TERRÆ, EX MVTATIONE
Centri gravitatis ipsius, proveniente.

 **R**I A sunt, Auditores, quæ ab antiquis impossibilia factu credebantur: Jovi fulmen, Herculi clavam, Homero carminis palmam eripere: quibus ego quartum addiderim, Terram nimirum, in sese nutibus suis conglobatam, à centro Vniversi dimovere: quod quidem licet quandoque difficilius habitum sit, quam Jovi fulmen, aut Herculi clavam adimere; id enim audax hominum industria, patrum nostrorum ævo, perniciose tormentorum bellicorum invento, conata est: fuit tamen etiam Archimedes Syracusanus, qui tantum sibi, ac scientiæ Geometricæ tribueret, vt ingentem hanc Terræ molem, pondere suo vnde- quaque in sese connitentem, dimovere loco, sponderet, si modo alibi locus esset, in quo pedem figere, aut consistere posset. Arduum profecto negotium! Audax sponsio ingeniosissimi senis! Cujus vestigijs insistentes nonnulli ex posteris, Problema hoc posuerunt: *Quavis potentia, quodvis pondus mouere.* hoc est, Datâ quavis, etiam minima virtute, datum quodvis pondus, etiam maximum agitare. Et quamvis adhuc lateat, quo id Archimedes instrumento fieri posse, demonstraret; sunt enim qui velint vecte, sunt qui trochlea, sunt etiam qui certa rotarum sese mordentium compositione, sunt denique qui alijs machinis: opnes sane in eo convenient, etiamsi daretur Archimedi citra Terram consistendi locus, fore ut nunquam id ad exitum perduceret; tantum materiæ, tantum operis, tantum temporis, ea machina- rum extructio, ususque esset absumptura.

2. Ego igitur, cui hoedicta lucis aliquid è Mathematica dicere constitutum est, neque oedem aliorum efferam, neque illas & factu & vsu difficiles ma-



... corpora gravia non impedita, nisi centrum
sux

late gravitatis centro Universi conjunxerint; tamdiu moveri, donec idem sic centrum moti corporis, quod Universi.

4. Docet nos dñm & ratio, & experientia, quod etiam Geometriae paulo post demonstrabo, cujuscunque corporis gravis centrum gravitatis loco suo in figura dimoveri posse, si grave aliquid ei vel addatur, vel subtrahatur; aut si partes alia ratione constituantur. Cum igitur ex antiquorum monumentis exploratum sit, non exiguae Terræ partes, quæ olim habitabantur, multo nunc mari obregi: Vrbium ruinas exterrisse in montes: late patentes campos partium Terræ motu, ac concussione absorptos in yalles: excavatos montes, divisos, translatos: exiguae gentium colonias: coactissimis in impenitus civitates: exædificatas vrbes maximarum ædium coadervatione: avariciam hominum seruratam esse ipsa Terra viscera; ad eruendam humana convictui preciosam calamitatem: constat sane etiam Terram, si undeque in æquilibrio debeat consistere, ut ipso nos docuit Aristoteles, nonnunquam commutasse centrum, & ad ponderis æqualitatem sèpius motam esse.

5. Etsi negari vix possit res omnium oculis exposita; idem enim appendiculum in scapo statere hinc inde decurrens, prout magis aut minus a trutina sistitur, eo minori aut majori ponderi æquipoñderare conspicimus: sunt tamen quibus hoc ipsum dubium moveret. Esto bilanx, inquit, utrinque onerata corporibus maximis, gravibus, & æqualis ponderis: non continuo trutinam è linea directionis movebis, si alteri lancium sive ponderum minimi quipiam addideris: at æquum est idem de Terra sentire, quæ quamvis in æquilibrio ex centro pendeat, montis tamen onus cum tanta mole comparatum, minimum est: Non igitur aut centrum mutabile, aut Terram dimovet loco.

6. Sed licet id liberaliter eis concedam, Ne esse quæ minimæ habendas sint, quales sunt atomi, pulviseuli & similia; quæ cum levitatis sint aërea; earum accessione nulla sit variatio, atque ponderibus, non ob propriam fui gravitatem, quæ nulla est, sed alijs de caassis adhærent. Aliud tamen statuendum est eum ijs, quibus revera pondus, gravitandique vis inest: nec enim quia libra una jungitur centrum libris, vel etiam toti Terrarum moli, ideo pondus suum arbitritur, aut minus gravis est, quam si sejungatur; cum inde solum conficiatur, non mutari sensibiliter centrum gravitatis, ob minimam sui ad Terram proportionem.

7. Quid si & hoc illis ulro concederem; libram unam centum vel mille libris in altera bilanciam existentibus additam, non inclinate trutinam; an ideo caussa cecidisse? Minime gentium. Dispar est ratio bilancis & Terræ. Nam bilanx nec suspensa est, nec suspendi potest; ex centro sua gravitatis; indivisibile enim illud est: sed suspenditur ex alio corpore, clavo nimirum, qui brachium bilancis non tangit in puncto, sed insuperficie. Hinc sit quo majora sunt pondera appensa, hoc tenacius superficiem brachij, superficie clavi adhærescoere; ita ut non nisi majori vi ac pondere divelli inde possit. In globo autem Terræ hulsa prorsus est ejusmodi resistencia; rotum enim ejus pondus ex unico, eoque indivisibili puncto, quod & medium totius mundi

est

est, penderit: ac propterea quicquid tandem est, quod illi aliqua ex parte vel adiicitur, vel aufertur, modo in se se aliud habeat, centrum variat,

8. Sunt qui dicunt Terram non descensuram, ut centrum sua gravitatis in novatum, contra Vniverfi conjugat, eo quod ob amplissimam sui superficiem ab aere, cui velut aqua latum ferrum supernatur, praepediatur. Sed interrogandi sunt iij, num pilam aliquam terream, diametri pedalis vel etiam bipedalis, ex lacunari hujus aulae, loci nimirum in quo consistimus, demissam, descensuram ad pavimentum; an vero aeri inclusa supernaturam existimant. Terræ globus profecto ad totam sibi circumfusam sublunare spaciem, proportionem adhuc minorem habet, (cum diameter spacij illius sphæricè circumfusi, diametrum Terræ, secundum Tychonem summum Astronomum, quibus quagies & sapientius complectatur) quam pila illa ad aula hujus spaciū aëream ac propterea facilior Terræ quam pilæ descensus erit. Omitto quod ea in comparatione Terræ pondus, quæ virtus motiva est, crescat in triplicata; superficies vero aëris, quam impedimento motui esse volunt, solum duplicatas sequatur rationem diametrorum Terræ & pilæ. Prætereo denique exiguisimam partem illius sublunaris intervalli, secundum plerosque Philosophos, immo & multos Mathematicos, constare ex aere, totumque reliquam vel igneum vel æthereum, atque adeo ob innatam subtilem raritatem, vel raram subtilitatem, ad resistendum gravium motui ineptissimum esse.

Negabunt fortassis hanc pilæ cum Terra similitudinem, & pilam totam extra centrum Vniverfi moveri, non item Terram, cuius solum quendam excessum ponderare dicent. Ingeniosè, fateor. Sed & nobis liberum erit negare rationis similitudinem. Liceat enim ipsis nunc per me asserere, latum ferrum aquis supernaturare; grave nimurum super grave: an ideo grave supra leve? Terra aëri supernaturabit? ibi figura plana; hic Sphærica? Præpediri posse velocitatem motus; an ideo ipsum motum? Terram prope abesse à suo loco; ergo in suo loco? Non sensibilem esse ipsius motum; ideo nullum omnino motum? Minime omnium. Sciens & lubens cæteras objectiones, quæ minus scilicet ponderis habent, omitto.

Sar ergo superque Physico-Mathematica ratiocinatione transacta res est; ad puram Geometricam accedamus; & supposita ipsa natura rerum gravium, adhuc explicata, quantum augmentatione vel decremento partium, aut transmutatione, centrum gravitatis mutari, Terraque moveri possit, ostendemus.

9. Dico igitur, Duo quæcunque corpora gravia applicata ad lineam rectam, centra gravitatis eorum conjungentem, æquiponderare; si suspendantur ex punto, quod illam rectam sic dividit, ut partes mutuam servent proportionem corporum: hoc est, punctum illud centrum esse gravitatis utriusque corporis simul.

Sint duo corpora gravia *A*, & *B*, centra gravitatis eorum puncta *A*, *B*, secundum quæ applicata intelligantur lineæ rectæ *CD*, ita ut centrum *A* punto *C*, & centrum *B* punto *D* congruat, si autem recta *CD* divisa per punctum *E* ita, ut pars *DE* ad partem *EC* eam proportionem habeat, quam permutation habet corpus sive solidum *A* ad solidum *B*. Dico solidæ *A*, *B* ex punto *E* suspensa æquiponderare: hoc est, veriusque simul, ceu unius corporis, hoc tamen situ, centrum gravitatis esse punctum *E*. Nam si corpora

A & B

A & B sunt æqualia, manifestum est assertum: Si autem inæqualia, esto manus *A*; & consequenter recta *DE*, major ipsâ *EC*.

10. Accepta ergo hac alia *CD*, priori *CD* æquali, absindatur *DF*, æqualis ipsi *EC*; eruntque *CF*, *DE* æquales. Producta autem vtrinque recta *CD*, ponatur *DH* æqualis ipsi *DF*; & *CG*, ipsi *CF*: tum circa axem & altitudinem *GH*, esto parallelepipedum *KL*, æquale duobus corporibus *A & B*; quod per punctum *F*, piano *MN*, planis *KO*, *PL* parallelo, secedetur in duo parallelepipeda, *KN*, *ML*.

Quoniam igitur est vt *GF*, ad *FH*; ita parallelepipedum *KN*, ad parallelepipedum *ML*, ex Scholio propositionis 14. libri 12. Elementorum: Sed vt eadem *GF*, ad eandem *FH*, ita *CF* ad *FD*; hoc est, ita *DE* ad *EC*; hoc est, solidum *A*, ad solidum *B*: erit etiam per 11. propositionem libri 5. Elementorum, vt parallelepipedum *KN*, ad parallelepipedum *ML*; ita corpus *A*, ad corpus *B*: componendo igitur vt parallelepipa *KN*, *ML* simul, ad parallelepipedum minus *ML*; ita duo solida *A & B* simul, ad solidum minus *B*: & permutoando, vt parallelepipa *KN*, *ML* simul; hoc est, totum *KL*, ad solida *A*, *B* simul; ita parallelepipedum *ML*, ad solidum *B*; & per 19. quinti Elementorum, ita reliquum *KN*, ad reliquum *A*. Sed parallelepipedum *KL* æquale est ex constructione duobus solidis *A & B* simul, ergo parallelepipedum *KN*, solido *A*; & *ML*, ipsi *B*; æquale erit. Quod memoria tenendum est.

Rursus quoniam est vt recta *GF*, ad *FH*; ita *DE*, ad *EC*; & ita parallelepipedum *KN*, ad *ML*, vt demonstratum est: erit per eandem 11. quinti, vt *DE*, ad *EC*, ita permutatim parallelepipedum *KN*, ad *ML*. Sed punctum *C*, est parallelepipedi *KN*, & punctum *D* parallelepipedi *ML*, centrum gravitatis, ex proposi: 8. Federici Commandini de centro gravitatis solidorum; cum sint in medio axium *GF*, *FH*: & per eandem propositionem, punctum *E*, in medio axis *GH*, positum, centrum gravitatis totius parallelepipedi *KL*.

Solidum igitur *A*, quod est æquale parallelepipedo *KN*, secundum centrum gravitatis *A*, applicatum ad punctum *C*; & solidum *B*, quod est æquale parallelepipedo *ML*, secundum centrum gravitatis *B*, applicatum ad punctum *D*; simul suspensa ex punto *E*, æquiponderabunt: hoc est, composi ex utroque solido *A & B*, centrum gravitatis est punctum *E*, quod rectam *CD*, centra conjugentem dividit in mutuam proportionem corporum applicatorum. Quod erat demonstrandum.

11. Ex hac autem demonstratione, in qua ad vnguern secutus sum Lucam Valerium de centro gravitatis solidorum, facile deducitur id, quod supra demonstrandum suscepimus: nimirum cujuscunque corporis gravis centrum gravitatis loco suo in figura dimoveri, addito gravi aliquo, vel sublatu, vel partibus alia ratione constitutis. Centrum enim gravitatis *C*, parallelepipedi *KN*, ex additione parallelepipedi *ML*, ex *C* transit in *E*: Et ipsum *E*, quod est centrum totius *KL*, ex ablatione partis *ML*, mutatur ex *E* in *C*: Transposita vero parte *ML*, à dextris ipsius *KN*, ad sinistras ejusdem, vel ei æqualis *KN*, in hac altera figura, etiam centrum *E*, quod in priori compagno *KL*, dextras ipsius *C* cecubat, in compagno posteriori *MN*, sinistras ipsius *C* cibinet.

12. His hunc in modum præmissis, ea quæ de centri gravitatis innovatio-
ne, mediantibus parallelepipedis, in omnibus corporibus generatim demon-
stravimus, ad ipsum Terræ globum, quod factu difficile non est, applicemus.

Esto globus terrestris $ABCD$, in æquilibrio ex centro suo E , in me-
dio mundi pendens, cuius diameter GF , ex recentiorum accurata p[er]vestigati-
one, extenditur ad mille quingenta millaria Germanica, qui sunt sex mil-
liones passuum Geometricorum. Supponatur autem partes hujus globi ejus-
dem esse rationis sive gravitatis; quæ et si revera sint heterogeneæ, demon-
strationem tamen nostram, & calculum; si eas ex aliqua suppositione adhibe-
remus, prolongarent, non infirmarent. Translata deinceps fingatur portio
Sphærica $DFCHD$ (cujus axis FH , sit unius tantum millaris Germanici) à
parte F , in sibi oppositam G ; quæ portio una cum sibi æquali & respondente
 $AGBIA$, transformata intelligatur (quod quomodo fiat paulo post ostendam)
in conum sive rotundam pyramidem AMB , basis diametrum haben-
tem rectam AB ; ita ut totum compositum ex utraque portione, speciem ma-
gni alicujus montis præseferat.

13. Dico centrum gravitatis Terræ, translati ponderis accessione, variari
ex E in L ; eodemque onere propellente, totam moveri Terræ molem secun-
dum rectam LE , pedibus Geometricis 40, qui à Viennensisibus nostris parum
differunt, ut centrum suum sive medium L , cum medio mundi E , in quod
omnes circumquaque partes, ponderis quodam æquilibrio connittuntur, con-
jugat. Quod sic demonstro.

14. Quoniam est ut axis FI , portionis Sphærae majoris $AIBCFDA$ ad
compositam ex eadem FI , & semidiametro FE ; ita axis GI , portionis minoris
 $AGBIA$, ad IK altitudinem sive axem coni AKB , qui eidem portioni
minori æqualis est, & eandem cum ipsa basi obtinet; per propositionem
2. lib. 2. Archimedis de Sphæra & Cylindro.

Si ergo fiat ut FI , milliarium 1499, ad EF & FI simul milliarium
2249; ita GI unius millarij, ad aliud, habebitur IK sesquimillarij proxime. Duplicata autem IK , usque in M , erit conus AMB , cuius altitudo IM , & ba-
sis eadem AB , duplus coni AKB , ex proposit. 14. libri 12. Elementorum;
atque adeò duabus portionibus Sphærae æqualibus $DHCF$, & $AGBI$, æqua-
lis. Hujus coni centrum gravitatis est in puncto N , quod axem IM sic divi-
dit, ut pars ejus MN , ad reliquam NI sit tripla; ut demonstratur à Comman-
dino propos. 22. de centro gravitatis solidorum.

15. Perducta igitur res eo est, ut data sint nobis duo corpora, applicata
ad lineam centra gravitatis eorum conjungentem; conus scilicet AMB , & id
quod ablatis portionibus ex Sphæra relinquitur, corpus nempe $AIBCHD A$
sint etiam data eorundem centra gravitatis, coni quidem punctum N ; Sphæ-
ra autem utrinque æqualiter truncata punctum E , idem videlicet quod ante
totius Sphærae: queratur autem centrum gravitatis compositi ex utroque.
Ergo divisa recta NE centra conjungens, in mutuam proportionem corpo-
rum; punctum divisionis, ex demonstratis, erit id quod queritur.

16. Sed ecce ex alia in aliam questionem delabor: corporum enim illo-
rum proportio prius mihi inquirenda est: quam rectam NE dividam. Faciam
id

id compendio. Quoniam est ut triplum diametri cujusvis circuli, ad semisem circumferentia; ita Cubus diametri Sphæræ, ad ipsam Sphærā; ut demonstratur à Villalpando in Opere de Templo Hierosolomitano lib. 1. demonstrationum Mathemat. cap. 5. Fiat ut numerus *A* tripla aliqua diameter, ad numerum *B*, mediae circumferentiam; ita cubus diametri *GF*, numerus scilicet *C*, ad aliud; reperiatur numerus *D*, magnitudinis totius Terræ milliarium videlicet cubicorū 1,767; 145, 500. Coni autem magnitudo est 4,709 & quadrantis milliarium cubicorū; quam magnitudinē Clavius lib. 5. cap. 2. Geometriæ practicæ, ex ductu areæ basis *AB*, in trientem altitudinis *M*, invenire docet; quæ hic reperitur milliarium cubicorum 4,709 cum quarta parte.

17. Nihil ergo nos moratur quin ad nostrum propositum, hoc est, ad rematam *NE*, juxta inventarum magnitudinum proportionem dividendam, accedamus. Fiat ergo ut numerus *D*, magnitudinis totius Terræ, id est, Sphæræ truncatae & coni *AMB* simul, ad numerum *AMB*, magnitudinis minoris, nimirum coni *AMB*; ita tota recta *NE*, ad aliud, habebitur, ex ijs quæ supra in parallelepipedis demonstravimus, segmentum minus *LE*, tot, taliumque partium viii milliarum, quoc, qualesque fractio iisdem litteris *LE* notata, indicat: quæ reducta ad minorem, facit proxime vnam partem quingentesimam viii milliarum Germanici, hoc est, passus Geometricos octo, qui sunt pedes Geometrici quadraginta. Et tantundem centrum Terræ variabitur sursum, & ipse Terrarum Orbis movebitur deorsum. Quod demonstrandum erat.

18. Demonstravi, ut opinor, centrum mutari, & consequenter Terram moveri posse: id nimirum quod doctissimus Gabriel Vasquez noster, disputatione 81. cap. 3. in Primum Secundæ & affirmat, & demonstratione Mathematica evidenter ostendi posse, vltro fatetur: nec arbitror esse inter vos, qui solita animositate Globum hunc non nunquam motum esse, inficiatur. Mirarer equidem si tot tantisque aggrestis in uno Terræ loco corporibus onerosis, suppositæ partes adhuc gernerent sub onere; nec nutibus suis ferrentur, vterius, ad tortius æquabilitatem; aut sane cur non à ventis, in montes certasque partes extuberantes, impingentibus, Terra circumageretur in gyrum: facilius enim, proportionaliter loquendo, à ventis impelleretur ipsa, vndeque in æquilibrio ex punto indivisibili pendens, quam molæ vento versatiles axi corporeo adharentes circum volvuntur; nisi à perpetuo suo ad centrum Universi descensu impediretur; quod Peripateticæ Philosophiæ etiam magis consentaneum est, quam vi magnetica Terram immobilem contineri, gratis quasi asserere.

19. Bene est, dicet aliquis, at nemo adhuc inventus est, qui tantam terræ molem, quanta est portio illa *DHCF*, humeris exceptam, ab Antipodibus ad nos usque transferre potuerit! Egregiam profecto objectionem! Nonne Mathematicorum more, ut palpabilis evaderet demonstratio, exempli causa motus aliquis maxime sensibilis adducendus fuit? Æquè facile enim mutationem viii digitii, semiunciarum, drachmarum aut scrupuli, exemplo scilicet quotidiano demonstrassem. Quantum enim cum aqua ponderis, testus ille maris, quem fluxum & refluxum appellant, secum auferat, defraterque neminet?

latet; ut vel unica hæc partium gravium transmutatio, ad variationem centri, indequæ natum Terræ motum, denonstrandum, fuisset satis. Nisi forte aliquis fluxus illius & refluxus caussam esse velit, perennem hunc Terræ ad centrum Vtiversi deflexum, sive à calore Solis partes Terræ certis horis exsiccante, & gravitatem auferente; sive aliunde provenientem: mihi vero de re altius discutienda, fusius disputare non vacat.

20. Vnum super est, quod & me ultro spopondisse scio, & vos avidissime exspectare autumo: Terræ nimirum molem ut ipse moveam. Faciam id sane auxilio vestro, sine machina, sine veste, sine rotis, sine vestro incommodo. Demonstravimus supra totum aliquod, partium accessione aut diminutione, mutare centrum suæ gravitatis; atque adeò si totum illud sit Terræ globus, Terræ globum moveri. Vos igitur quos sola agnatæ benignitatis aura inconditè de Mathematicis differenti huc advexit, eadem abducat sine fastidio. Si fui onerosus non pergo molestior esse. Quotquot hic sumus pondus conflagamus non exiguum: pondo sumus non unius, sed aliquot millium: habemus abunde quo hodie omnes Archimedes simus. Descendamus in imam hujus domus partem; præcedet nos libenter, & nobiscum descendet Terræ centrum: imò nolit velit gratissimum Geometriæ imperium sequatur necesse est: erit profecto aliud, & erit à centro mundi proprius ad Antipodes; ubi gravissima hæc Terræ moles suspendi non potest; sed redeunte centro, ipsa Terra descendantibus nobis, nec sentientibus, veniet obviam incessu gravi; & vel ipso hoc suo benignissimo occursu demonstrabit, demonstratione nostra nequaquam se offensam esse; sed beneficia sese accepisse, & pro beneficijs gratias agere voluisse.

ANNOTATIO AD Dissertationem.

Dodecimus jam agitur annus, ex quo Viennæ exercitijs Mathematici caufsa, ut fieri afolet, Dissertation hæc publice habita est. Ea nimirum quam longe ante Roma, qnorundam cobortatione impulsus, totidem fere, quibus, huc recensetur verbis, conscripsoram; que etiam publicè ibidem eo tempore proposita fuit. Habuit omnino tunc res hæc sive Inventores, sive Sectatores homines non mediocris ingenij; nec inferiores cerebri etiam plures contradictores: prout videlicet quilibet suo tunc abundaverat sensu.

2. *Vi ut sit, cum ea, quæ Numero 18, contra virtutem magneticam, qua Terram volunt imbutam esse, obiter & quasi per transennam dicuntur, mecum ipse aliquoties animo revolverem, post lectionem maximè Capitis 18, Libri primi Philosophiae Magneticæ, à nostro Nicolao Cabeo doctissime & conscriptæ & editæ, non potui non mutare aliquo modo*

do propriam sententiam. Neque enim ex ijs sum, qui mordicus quod semel apprehenderunt, quicquid contradicatur, retinente, nullisque argumentis ab eo divetti quenam: Nam cum humanum sit sapere cum tempore, semper esse prudentia existimari, nosse mutare sententiam; id vero erubescere arrogantis. Muto ergo inquam sententiam, sed non totam: quod utique ficerem, si recte me facturum putarem.

Cum Cabeo igitur hec in primis sentio, Terram nequaquam Physicè moveri, ad motum aviculae, neque quod, quoties movetur vel minimum corpus in superficie Terræ, tota Terra moveatur & nutet. Sed neque hoc ipsum absolute Dissertatio afferit: quamvis enim ex minima mutatione gravium corporum vicunque parorum Terræ inherentibus, vere & geometrice inferatur: licet etiam minima, centri gravitatis Terræ variatio; & ex hac, si rigorem sequi velenus geometricum, aliquis motus: id tamen, siquid hac in re alicui, quod ad illationem motus attinet, plus aequo factū à nobis videri possit, magis exercitij causa, & dictum & factū esse, facile agnoscer quivis; quam quod physica aliqua ratione, physicum motum inferre, aut tale assertum mordicus tueri volverimus. Hoc enim esset, ut cum Cabeo loquar, de Terræ fluctuatione monstrum, portentosumque demonstrare velle Terræ motum; quia quam plurima sunt, esseque possunt sensibilia, quæ hunc aliquo modo impedian insensibilem motum.

3. Scio non deesse in Physicis, aequo ac in Mathematicis viros bene doctos, qui & muscam, modo gravitatem re ipsa habeat, Terram moveare posse, & vltro afferant, & non spernendis argumentis propugnent, acque confirmant: nullumque dari hunc motum impediens impedimentum. Existimo autem eos mentem à pluribus, si non ab omnibus, abstrahere. Non enim video quomodo hunc motum non impedit, perpetuus ille, de quo ipsa Dissertatio, maris aestus, ipsiusque ad hunc necessario consequens perpetua & incessabilis Terræ fluctuatio. In his & supradictis ergo sententiam propriam non muto, quin etiam eandem, & rectius & liberius declaro.

4. Dico ergo Terrarum orbem ex aliqua, (etiamsi ea in se non si adeo immanis & portentosa) partium gravium mutatione mutare etiam locum, non obstante quovis alio aliunde adducto impedimento naturali: & hoc solum ex solo gravitatis ipsius Terræ principio, infimum locum pertinens; licet mutatio haec, aut ad ipsam consequens motus totius Terræ,

in nullum cadat sensum. Terra enim tunc, cum circumdata sit à corpore leviori se, ac proinde propter illum quem ponimus gravitatis excessum, sub se habeat aliquid levius se, tamen gravitas, etiam secundum Cabeum, qui putat gravia non gravitare, nisi sua sine supra corpus levius se in specie: sic enim habet capite 29 libri tertij: Neque enim puto, inquit, veram vniuersaliter, nec vt veram illam admitto propositionem, quod omnia gravia tendant ad centrum vniuersi, sed dico gravia solum tendere, & conati ad hoc, vt non habeant infra se corpus levius se, data paritate molis, quod ubi fuerint assecuta corpora, quantum spectat ad gravitatem, naturalissime conquescent ibi, nec ullam amplius habent gravitatem actu, seu gravitationem, per quam nitanunt actu deorsum: Ad hoc quid dicturi sint Physici parum sollicitum me tenet. Ac proinde suam sibi hac in re sententiam, ut dixi, intactam relinquo.

5. In hoc autem ad Cabeum accedo, quod ne venti propellant, & circa proprium suum, quod & Vniversi, centrum gravitatis, circumvoluant libratum Terræ pondus, non solum id impedire gravitatis principium; Sed insuper esse vim magneticam, qua Terra imbuta se ipsam semper in eodem situ, respectu polorum mundi, sistat, & in perpetuum contineat. Sed ex hac ipsa ad Cabeum accessione, nascitur mihi non minima difficultas, ex qua satis me extricare nondum valeo; siquidem ex eo ipso, quo unum dubium solvitur, oritur alterum. Nam si tollatur motus ille rectus Terræ, qui ex mutatione caussatur centri gravitatis, fluctuatio videlicet seu trepidatio illa, quam vt portentosam Cabus negat; nihil obsistit quin Terra, saltem circa axem suum proprium, quem perpetuo in polos mundi directum habet, vi ventorum circumgyretur: gyrationi etenim huic seu motui circulari vis magnetica nequam contraria aut impedimento esse posse videtur, cum Terra tota nihilominus eundem ad polos mundi servaret immutatum situm. Quare vt Terram tunc à circnari motu liberem, accersere debeo jam penè à me derelictum, Ipsius perpetuum ad centrum descensum: aut certe contra Cabeum etiam afferere, realem ac veram partium omnium totius Terræ, versus centrum actualem gravitationem, perennemque eo in situ se conservandi & naturalem conatum.

6. Vis præterea magnetica non est contra eundem motum Terræ retentum, seu descensum ad centrum, si is fieret per axem mundi, tanquam motus

motus sui lineam directionis; ita ut Terra proprius ad alterum polorum mundi recta accederet. Quod enim tanquam à priori evincere vult Cabeus, Terram ideo debere esse in mundi calque medio, ut ab ipsis cœli influentijs actionibusque equaliter afficiatur, cum actio illa sit physica, neque ullam requirat geometricam seu mathematicam præcisionem hujus medij, hic prorsus locum non habet. Nam motus ille rectus seu Terræ trepidatio, eandem ex suo loco proprio ac physico, physicè nunquam ejicit. Eum denique qui contentus hisce esse nolit, ad contemplationem Eccentricitatum orbium celestium ablego; ut nimurum bene consideret, an Terra, & in medio sit mundi orbiumque celestium, & an equaliter ab illorum afficiatur actionibus, & influentijs; tunc demum ad refutanda ista minuta descendat, & de novis proponendis argumentis ac rationibus solitus sit.

7. Sed neque videatur esse multum, (physicè saltē loquendo) contravim Terra magneticam, motus ille seu descensus rectus, qui fieret, etiam extra axem mundi Terræve. Cum enim ille nobis omnino sensibilis non sit, nullum etiam ipse caussaret Terra nobis sensibilem diversum, respectu polarum, positum. Quod ut sensibiliter experiamur, sensibile maxime supponamus exemplum, immo hoc ipsum quod afferit Dissertation, quod quidem nunquam factum, neque unquam futurum prætimendum fortassis est; nimurum ut tanta moles, qualis est mons altitudinis unius milliarij germanici, ab ipsis antipodibus ad nos usque transfigatur; aut certe similis talis partium Terræ fieri posse transmutatio. Supponamus etiam motum illum rectum fore directe & perpendiculariter contra axem mundi seu Terræ: que quidem maxima est, que induci aue afferri potest, respectu polarum Terræ matatio. Motus enim alij, quorum linea directionis ad prædictum axem obliqua est, quo obliquior est, eo minus etiam axem Terrenum à suo situ expellunt. Est ergo quantitas motus illius in Dissertatione allatus octo passuum sive 40. pedum geometricorum; quare videamus quantam ipse inferret, respectu polarum mundi, axis Terræ diversitatem. Diametrum Terra posuimus 6; 000, 000 passuum, hoc est, pedum geometricorum 30; 600, 000, quorum medietas est 15; 000, 000, semidiameter videlicet Terra. Fiat igitur ut 15; 000, 000, ad sinum totum 10, 000; 000, 000; ita 20 pedes geometrici (qua est medietas quantitatis motus directi Terræ) ad aliud; invenietur sinus partium 13, 333, cuius arcus est 16 minutorum tertiorum, & paulo amplius; ita ut duplum ipsius, qui est arcus motus seu variationis axis Terræ, accedat

cedat ad 33 minutæ tercia. Quare sequitur motum propositum varia-
re axem Terræ ubi axe mundano, vix ultra medium minucum secundum:
qua quantitas difficulter per illum Instrumentum Astronomicum percipi
sensu potest.

Poterunt ergo illi, qui nimis de Terræ fluctuatione solliciti sunt,
in sua sibi innata gravitate securè conquietescere: & Mathematicos illos,
qui quandoque à multis rebus physiciis & mentem, & res ipsas abstra-
hunc, seque ad calculos scrupulosissimos, minutiasque geometricas, ne
à ventis nimirum propellantur, quasi allegant, imperturbatos in sua flu-
ctuatione relinquere. Interim maneat antiquum istud, stetque inconcus-
sum antiqui Poëta dictum,

Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa,
Aëre subjecto tam grave pender onus.

FINIS LIBRI PRIMI.



APPEN-

APPENDIX

TABVLAS CONTINENS NVMERORVM

Q V A D R A T O R V M
E T C V B O R V M
 DECIES MILLIVM,
 V N A

Cum suis Radicibus ab unitate incipientibus, & ordine naturali usque ad 10,000 prae-

gredientibus.

A C C E S S I T

P R A E T E R C O N S T R V C T I O N E M
& Continuationem, earundem Tabularum

V S V S;

Ad fabricandas Virgas Stereometricas,

E T
 Instruendas Militares Acies.

*His præmittitur.***P O T E S T A T V M****GENESIS & ANALYSIS,**

AD EVNDEM REVERENDISSIMVM
A B B A T E M M E L L
 CENSEM.

E O D E M P A V L O G V L D I N O
 Sancto-Gallense è Societate IESV

A V C T O R E.

V I E N N A E A V S T R I A E
 Ex Officina Typographica Matthæi Formicæ.

A N N O M. D C. X X X V.

وَلِكُلِّ أَنْوَاعِ الْمُؤْمِنِينَ

— МИХАИЛ НИКИТИЧ САЛУГАТ

THE ADAMS MUSEUM

C 75 V

**Cum lois Reginis
cives et reges liberi sunt**

1 2 3 4 5) k₂

© Comisión de Estudios de la Evolución del Lenguaje

18 V 2 V

epalintermedius and *V. subfuscus* (A)

三

Fig. A-22. Effect of anisotropy.

卷之三

W. H. WILSON

WINTER HARBOR

卷之三

YANKEE 33-212-37

卷之三

ГЛАВА IV. ВОЗДУХ

— 1 —

卷之三

V D O V A G N

3. [non-pairwise parallel] -

THE BOSTONIAN SOCIETY

24 A C L O X E

I S V A E K M

bioRxiv preprint doi: <https://doi.org/10.1101/2021.05.10.443802>; this version posted May 10, 2021. The copyright holder for this preprint (which was not certified by peer review) is the author/funder, who has granted bioRxiv a license to display the preprint in perpetuity. It is made available under a [CC-BY-ND 4.0 International license](https://creativecommons.org/licenses/by-nd/4.0/).

• 8 月 29 日 晴 8 时 56 分

• •

V



A M I C E LECTOR.

Superiori Libro Quantitatem Continuam; prout eam tres diffusa species, Centrum suscipit Gravitatis, considerarimus. Lineam duximus ad quam labores nostros exigemus. Nunc circa Discretam versabimur.

Quod praecepsit in Pondere erat; quod sequitur in Numero. est absolutum: utrumque ad Mensuram dirigitur. Videbitur Tibi non esse confinis materia; est ramus ea à nobis frequenter expetita: Viginti & aliquot anni sunt, quando Tabulas Numerorum QUADRATORVM & CUBICORVM, à Radicibus omnibus, primā nimirum, qua unitatis est, usque ad decies millesimam inclusivè ortum ducentium, privatis nostris usibus construximus. Eas, qui viderunt, solliciti rogabant, ut publici juris, & pluribus communes ficeremus. Obsequimur tandem, Commodi Tui, Amice Lector, quantum possantus studiosi. Principiè cum moniti simus nullam hactenus Tabulam prodijisse, qua Numeris Cubicis pro decies millenis Radicibus esset inscripta. Ne autē nuda quodammodo Tabula, & informes comparerent in publico, assumpto ex nostra Arithmetica, à nobis olim conscripta & publicè p̄electa, aliquo cultu, eas utcunq; vestivimus: Capite nimirum ejus, quam diximus, Arithmetica sexto, De Potestatum Genesi & Analyti. Porrò ut non Domi solum, sed Militia etiā professemus

subjecimus Decem Regulas, de Instruendis Aciebus militari bus, eidem Arithmeticæ, Appendix, & adnexas. Quas qui in Hortum suum deduxerit, ne ille Florum colores, Arborum virorem, &c ceteras oscitorum delicias, singulare bene distributi Ordinis eleganter accendet. Postea eodem adminiclo Pavimenta artificiose sternere, Laquearia cum decore distinguere, atq; adeo ipsam Architectorum artem venustare. His Structuram interposuimus, & Coniunctionem parvularum Tabularum addidimus. Usus quem habent, in Viris Regulatis. Stereometrisis sive Altimetris (quibus Doliorum capacitatibus explorandis, utare Quadratis, quam Cubicis ex arias conficiendis, & ita accurate distinguendis, ut uno punto à Pancho uberes. Deinde quid est in re Logarithmi passus, quam multum illi Operi compendium faciens, ostendimus. Hac tanquam Appendicem, magis Amicorum Postulatio, unquamque had Occasio, quam materie cognatio, Libro Primo Operis nostri, De Centro gravitatis Magnitudinum adseruit. Vale Amice Lector, & Laboribus nostris fruere. Vienna Austria, Idibus Decemb.

Anno M. D. C. XXXIV.



APPEN-

APPENDICSI A

CAPUT I.

DE POTES TATUM
Genesi, & Analysis in genere.

HOC primo Capite tractabimus de Genesi & Analyse Potestatum purarum in genere, proponendo videlicet, Precepta universalia pro omnibus Potestatum Gradibus Tabulasque ad fidem præpositum vel necessarias vel utiles. Addemus deinde doctrinam, qua ratione Tabula illa construenda, atque in infinitum continuanda sint. Et ut omnia clara sint, insipremus ab ipsa Terminorum explicacione.

ARTICULUS I.

De Numero Figurato.

EX numeris figuratis eas tantum tractabo, qui ad propositum nostrum, atque ad usum & utilitatem faciunt, quales sunt iij quas Potestates nomen. Est autem *Numerus Figuratus*, cuius unitates certe quodam modo dispositæ, figuram constitutæ Geometricam, sive Planam, sive Solidam; ut in Planis Triangularem, Quadrangularem, Pentagonam &c. In Solidis vero Pyramidem, Parallelepipedum, sive Columnam Quadrangularem, Cubum &c. Quamvis Quadrangularis Euclidi Planus absolute dicatur; humerus nimirum quicunque ex multiplicatione duorum numerorum productus; *Solidus*; verò is qui ex multiplicatione triuum numerorum oritur; qui numeri multiplicantes Planum illius, vel Solidi, Lateralia ab eo vocantur. Quod si haec latera æquales fuerint, Planum numerum Euclides appellat *Quadratum*; Solidum vero *Cubum* vocat.

ARTICULUS II.

Potestas quid sit.

HO Sit igitur numeros, qui ex multiplicatione duorum vel plurius qualium numerorum nascentur, *Potestates* voco; Euclidis quidem vestigijs insistens, qui in definitiobus ad librum decimum, duas luntas rectas potentiam commenstrabilis dicit, eum *Quadrata* earum idem spacio metitur. Ubi *Quadratum*, & *Potestas* sive *Potestas*, idem est. Et absolute loquendo linea alterius, vel numeri potentia vel potestas, quasi per excellētiā ipsius Quadratum est. Ita tamen progradiendo eadem est ratio de ceteris potentijs: ita ut duæ lineæ, vel duo numeri potentia comensurabiles sint in tertio gradu, quorum Cubos eadem magnitudo homogenea metitur; & sic deinceps.

ARTICVLVS III.

Potestatum Series & Ordo.

Potestates enim hæ per certos gradus tanquam per Scalam, vnde & Scalares acutè à Francisco Vieta nominantur, in infinitum ascendunt. Gradus vero primus est ipsum primum Latus, Linea seu Radix; Secundus Quadratus; tertius Cubus; quartus Quadrati Quadratus &c. ut in sequenti patet ordine.

TABVLA I.

Indices Graduum	0	1	2	3	4	5	6	7
Potestatum Characteres	O	L	Q	C	QQ	QC	CC	QQC
Potestates	O	R ₂	S	R ₆	R ₈	R ₁₀	R ₁₂	R ₁₄
	1	3	9	27	81	243	729	2187

Tertii, secunda ipsa radix quadratus sit numerus, dice immodiatae nascuntur. Solent autem hi numeri ab authoribus appellari *Supersolidi*, quasi surdè solidi sint, cum nec Quadratum nec Cubum exaudiant. Vocantur etiam *Surfolidi* quasi solidum superent, cum alias nullum sit solidum quod ultra tres admittat dimensiones. Dignoscuntur autem ex Indice, seu numero sui gradus, qui semper est numerus primus & incompositus; ut in Progressione supra posita Potestas quinti, & septimi gradus. **L**oco Radicis ponit potest quivis numerus, à quo cæteri praerecentur; ei verò solet præmitti unitas, ut habeatur Geometrica progressio ab ipsa unitate ducens originem. Qua constituta demonstrat Euclides lib. 9. propos 8. Tertium numerum ab unitate inclusivè Quadratum esse, & unum semper intermitentes, omnes reliqui, hoc est alterni: Quartum vero Cubum, & duos intermitentes omnes: Septimum autem Cubum simul & Quadratum, & quinque intermitentes omnes. Reliquæ vero Potestates, quæ ab hoc ordine ac numeratione excluduntur, tales sunt, quæ neque Radicem Quadratam, neq; Cubicam habent; sed ex sua propria Radicali cubicus;

Quemadmodum autem ex fluxu puncti nascitur linea, & ex motu transuerso lineæ superficies, & ex hujus elevatione producitur corpus; ita si ponatur Cubus loco puncti, ex ejus fluxu producetur Quarta Potestas, & ex hujus motu transuerso Quinta, & ex Quintæ elevatione Sexta. Quæ Sexta rursus vicem puncti subit, & sic in infinitum aliæ atque aliæ generabuntur Potestates. Harum igitur Potestatum Compositionem ac Resolutionem in numeris puris universaliter tradam, ut data nimis Radice, quævis Potestas; & contra data Potestate, ejus Radix, certis legibus exhiberi possit.

AR-

ARTACUVLEVISTIA

De Portulatum Genesi. p. 203. 1.)

Compositio autem seu **G**enesis **P**otest statuto, & ex dictis constat,
aliud non est, quam calium quos exposuimus numerorum,
cuiusque prima ac propria **R**atio proereando sive ab **A**ritmetico
tice **V**ulgaribus, **M**ultiplicatio in se dicitur, & **V**ulgari **M**ultiplica-
tione perficitur.

Enim uero quando numeros pro: Radice assumptus ponitur
bis, & sic fit multiplicatio , secundi gradus nascitur Potestas, nu-
merus videlicet Quadratus: Quod si post hanc multiplicacionem
Radix ad hanc semel ponatur, & in eam operari factus est divisor, 81
prohibetur ei gradus Potestas, Cubus appellatus qui Cubis sit uer-
sus in primam radicem educatur, quarti gradus Potestas cum genere 245
sic. v Esif deinceps quod videret in apposita Formula: 297
Et quod oblongo in etiam in ev. engnibus oīl illyia. Ammuntionis 2187
et ciborum in aliis casis non diffidat solum quod evanescit, sed etiam quod in
ARTICVLVS V. 2187

ARTICVLVS V.

Potestatum vero Analysis, quam Vulgo Extractionem Radicum vocant, aliud non est quam Resolutio illius quod Genesim compoffit. Illa enim hujus premens Vestigia, retrofato, quā si Ordine, a Potestatibus, per intermedios gradus, ad prisham, unde qualibet orta est Potestas; redit Radiem, eamque in numeris exhibet accuratam.

Quando vero numerus fortuito oblatus tanquam Potestas, cum re ipsa Potestas non sit, resolvendis sit; propterea tanquam tantum, non autem veram; quae nulla est; Radicem reperit. Ex quolibet enim numero instar Radicis accepto, Potestatem licet componere; at non ex quolibet numero instar Potestatis oblate Radicem, quamvis possumus elicere; cum sapissime numerus talis omni omnino Radice carreat.

ARE

ARTICULUS V

Geneseos atque Analyseos Precepta universalia.

PER I M V M P RÆCEPTVM. *Quod est*
Totam expositam Radicem atque Potestatem, in singulari-
ria earundem loca situ Puncta, docet dif-

PRO Genesi igitur in eadem recte, eaque transversa linea expone, pro
 qualibet Radicis datæ figura, tot Cyphras, quæ numerus illius gradus
 àqua Potestat dehominatus distingue; hanc enim situ loca, puncta, sive
 membra Potestatis totius, quæ quidem Potestas in Genesi queritur, in
 Analysi vero datur. Hanc igitur tam fictitiam pro Genesi quam vero
 datam Potestatem in Analysi, sic distingue, ut à dextris incipiendo pri-
 mam Cyphram, figuramve puncto subscripto notes, & sinistrorum de-
 inde perendo, tantas quasque, quantasdem, de quo dixi denominatio-
 nis gradus juber; tertiam scilicet quamque, si gradus sit tertius, quartam,
 si quartus. Nam quot puncta norasti, tot habebit Radix per Analysin
 quærenda figuram, sub ipsis Punctis, vel loco Punctorum ponendas: quæ
 ipso Genesi quidem statim ab initio possunt, cum omnes dentur: in
 Analysi vero non nisi successivè in operis progressu, eruntur. Potestas ve-
 ro per Genesim procreanda tot figuris constabit, quæ Cyphras exposuisti,
 illisq; demptis, quibus prima singularis Potestas quandoque à nu-
 mero gradus deficit.

Notandum deinde figuram Potestatis, quæ subscriptis Punctis earent,
 ad id pertinere punctum, quod illi à dextris proximum est: Ordinem ve-
 ro numeracionis Punctorum, Potestatum, & Radicum singularium, à si-
 nistris incipere.

SECUNDVM PRÆCEPTVM.

Prima singularis Potestatis, ac Radicis inventionem
exhibet.

E Aducentur Tabula, pro hac re infra Articulo 10, proponenda elicetur;
 quomadmodum enim multiplicationi ac divisioni communis, Tabula
 iuxta Pythagorica, ita hoc loco Tabula Potestatum, ac Radicum earum,
 quæ ex digitis oriuntur, famulatur Genesi & Analysi. Pro Genesi igitur
 Tabulam ingredere, cum prima datæ Radicis figura in fronte, eaque sub-
 lila, in proprij gradus linea, Potestatem ejus accipe: pro Analysi vero in
 eadem gradus linea Potestatem quærendam, figuris primi puncti resolvendi,
 vel æqualem vel proximè minorem, & tam illam, quam ejus Radicem
 supra

supra scriptam, exercebis. Potestas excepit sibi primo puncto ita scribe, ut sub eodem incipias, & versus sinistram pergas, lineamque subducas; hac enim ratione secundo Praecepto in Genesi satis factum est: in Analysis vero Potestas subscripta, à sibi supra scripto subtrahenda est, & reliquum infra lineam ductam scribendum; hoc enim portinet ad proxime sequens punctum, sive Potestatem singulariter resolvendam. Radicem denique excerptam, ut primo Praecepto misisti, vel loco primi puncti, vel immediete sub illo, aut certe secundum scripto.

TERTIVM. PRÆCEPTVM.

Multiplicum Radicis singularis iam expedita, ejusque proxime frequentium graduum, usque ad Potestatem exclusive creationem, & subsequenti Potestati singulari seu Puncto collocationem, initat.

AD creationem igitur pro singulis gradibus, singula requiruntur Theorematata, quorum inventionem ex Tabula infra proponenda docebimus. Creatorum vero in gradu minimus, proximum puncto notatum sibi vendicit locum, & reliqui deinde in suo ordine sinistram versus, in sequentibus locis succedant; quod absolute educatur linea, nam præ Genesi ex hoc Praecepto satis est. Pro Analysis vero numeri sic positi, eo quo reperiuntur ordine, in unam suminam collecti, divisorem, sub ducta linea scribendum, constituunt: atque per hunc, punctum secundum dividendum est, ut habeatur in Quotiente, secunda Radix singularis, suo loco, de quo primo & secundo Praecepto dixi, ponenda. Debet autem haec divisione non esse accurata, sed minor potius quotus accipiendus, propter productos ac Potestates, per sequens Praeceptum (per hoc enim nulla sit subtractio) subtrahendas: sub divisorie denique alia ducatur linea.

QUARTIVM. PRÆCEPTVM.

Prescribit quomodo Potestas secunde singularis Radicis ponni; ejusdem Radicis proxime subsequentium graduum Multiplices in reciprocas gradus, per precedens Praeceptum positos, duci; & facti homogenei collocari, debent.

NAm primo ipsiusmet secunda Radicis singularis Potestas, ponitur sub ipso secundo puncto; proxime deinde sinistram versus succedit homogeneum id, quod sit ex ductu Multiplicis gradus proxime minoris, in sibi supra scriptum reciprocum gradum; Et sic deinceps,

QVINTVM PRÆCEPTVM.

De factis homogeneis præcipit.

Numeri quippe omnes, eo ordine, quo intrabinas proxime ductas lineas inveniuntur, inter se adduntur, & summa hæc, in Genesi quidem, Potestati singulari suprascriptæ adjungitur, in Analysis vero ex eadem subtrahitur: ibi enim additio dat Potestatem singularem secundam, hic vero subtractio relinquit illius superfluum ad Potestatem, sive Punctum tertium proxime sequens spectans.

Atque hac ratione per doctrinam secundi, tertij, quarti, & quinti Præceptorum, in infinitum licebit progredi, accipiendo videlicet figuræ Radicis jam inventas aut expeditas, pro prima singulari Radice, & quamlibet præsentem pro secunda.

Ne autem Multiplices & divisores additionem confundant, leviter ductis lineis deleri possunt, seu decussari.

ARTICVLVS VII.

De Fractionibus.

Reducta Fractione proposita ad minimos terminos, utriusque & Numeratoris & Denominatoris fiat, tam Genesim, quam Analysis juxta praemissa Præcepta, Potestates deinde vel radices inventæ per modum fractionis, altera alteri consequenter subscribantur.

ARTICVLVS VIII.

Examen Genesis, & Analysis Potestatum.

Hocquemadmodum in Algorithmis duplex est. Primum est ut *Proba*, ut vocant, ex Radice data in Genesi, vel inventa in Analysti, per ternarium, septenarium, novenarium, &c. elicite singularis Potestas fiat, eiisque, si quod in Analysis remansit, addatur *Proba* residui, hujus enim *Proba* æqualis esse debet *Proba*, Potestatis Generalis inventæ, vel datae.

Secundum Examen est, ut Analysis probet Genesim; & hæc illam, quemadmodum communis Multiplicatio examinatur per Divisionem, & hæc per illam.

ARTICVLVS IX.

Appropinquatio pro Analysis.

Quando peracta Analysis ultimo aliquod manet Residuum (quod si-
cum est numerum propositum non habere radicem, quæ queritur, ratio-

rationalem) ei juxta gradum Potestatis ad dextram præfige Cyphras, binas scilicet in infinitum Quadratis, ternas in infinitum Cubis, quaternas quadrato-quadratis, & sic deinceps; & opus deinde Analy sis, ut caput est, juxa data Praecepta prosequere: figuræ enim Radicis, quæ hac ratione ex Cyphris inveniuntur, constituunt numeratorem fractionis, cuius denominator est unitas, cum sibi præfixis tot Cyphris singulis, quot antea binas, ternas, quaternas &c. Residuo Potestatis resolvendæ præfixisti.

Si placet sine hac appropinquatione mox fractionem constituere, numerator esto ipsum prædictum Residuum, denominat or vero divisores ijdem qui essent, si aliud adhuc punctum superesset resolvendum, in unam summam modo ordinario collecti. In divisoribus enim inest, inquit Vieta, implicite latus (id est Radix) quod alioquin proxime esset elicendum. Qua de re fuisse alibi.

Antequam autem ad horum Praeceptorum applicationem (quod sequenti Capite facere constitumus) descendamus, prius duo Tabula, de quibus in secundo & tertio Praecepto mentionem fecimus, earumque constructio premitende sunt.

ARTICVLVS X.

Potestatum earum quarum Radices digitifunt,

T A B V L A I I.

1	2	3	4	5	6	7	8	9
2	Q	1	4	9	16	25	36	49
3	C	1	8	27	64	125	216	343
4	QQ	1	16	81	256	625	1296	2401
5	QC	1	32	243	1024	3125	7776	16807
6	CC	1	64	729	4096	15625	46656	117649
7	QQC	1	128	2187	16384	78125	279936	823543
							2097152	4782969

ARTICVLVS XI.

Constructio Tabula Secunda.

In prima serie transversa novem figuræ significativaæ, quas digitor appellari, suo loco diximus, ordine scribantur: quælibet deinde figura in se ipsam

Si m̄ multiplicetur, & producti subscriptantur; quæ erit secunda Potestat
cum secundi gradus, series: tunc hæc secunda series denuo multiplicetur
in primam, quilibet scilicet numerus in sibi subscriptum, & habebi-
tur tercia, pro Potestatis tertii gradus series; quæ tercia rursus multi-
plicata in primam generabit quartam; & sic de reliquis. Hujus multi-
plicationis Exemplum habes supra Articulo 4, de Radice 3. Ad sinistram
denique cuique seriei transversæ, suum præfigatur proprij gradus ad
Potestatis symbolum. Nos in exemplo proposito ad septimum tan-
tum gradum usque progressi sumus.

ARTICVLVS XII.

Compositionis & Resolutionis Potestatum,


TABVLA TERTIA.

	R ²	A	+ B							
1	R ²	A	+ B							
2	Q	Aq	+ A ₂ in B	+ B ₂ q						
3	C	Ac	+ Aq ₃ in B	+ A ₃ in Bq	+ BC					
4	QQ	Aqq	+ Ac ₄ in B	+ Aq ₆ in Bq	+ A ₄ in BC	+ Bqq				
5	QC	Aqc	+ Aqq ₅ in B	+ AC ₁₀ in Bq	+ Aq ₁₀ in BC	+ A ₅ in Bqq	+ BqC			
6	CC	ACC	+ Aqc ₆ in B	+ Aqq ₁₅ in Bq	+ AC ₂₀ in BC	+ Aq ₁₅ in Bqq	+ A ₆ in BqC	+ BCC		

ARTICVLVS XIII.

Constructio Tabulae Tertiae.

Exponatur Radix aliqua divisa in duas partes, quarum prima esto
A, altera *B*, quæ simul sunt, *A + B*; hoc est, *A plus B*; & fiat ejus
in se multiplicatio, quemadmodum in Constructione præcedentis Ta-
bulæ diximus. Hoc nimirum modo:



—
—
—
—
—

ARTI-

	A + B					
	A + B					
	Aq + A	in B	+ A			
	A	in B	+ Bq			
	Aq + A ²	in B	+ Bq			
	A + B ²	in B	+ Bq			
	AC + Aq ²	in B	+ A	in Bq	+ BC	
	Aq	in B	+ A ²	in Bq	+ BC	
	AC + Aq ³	in B	+ A ³	in Bq	+ BC	
	A + B ³	in B	+ Bq	+ BC		
	Aqq + AC ³	in B	+ Aq ³	in Bq	+ A	in BC
	AC	in B	+ Aq ³	in Bq	+ A	in BC
	Aqq + AC ⁴	in B	+ Aq ⁶	in Bq	+ A	in BC
	A +	in B	+ Aq ⁶	in Bq	+ A	in BC
	Aqc + Aqq +	in B	+ AC ⁶	in Bq	+ Aq	in BC
	Aqq	in B	+ AC ⁴	in Bq	+ Aq ⁶	in BC
	Aqc + Aqq	in B	+ AC ¹⁰	in Bq	+ Aq ¹⁰	in BC
	A + B &c,					

Et sic in infinitum.

ARTICVLVS XIV.

Continuatio Tabulae Tertiae.

CVM sit facilior alia Continuatio; quam vel ipsa sit; quam præmissus, Constructio Tabulae tertie; placet eam hoc loco seorsim tradere: Inspiciatur Tabula ipsa supra Articulo duodecimo proposita; in qua;

Prima series seu ordo perpendicularis habet numeros, seu indices graduum eorum; quorum symbola sive signa adjuncta sunt; ab unitate incipientes, & per ordinem naturalem numerorum progredientes; quæ series perpendicularis continuari in infinitum nullo negotio potest.

Secunda series perpendicularis signa, sive Charakteres Potestatis sive graduum exhibit; à primâ parte Radicis quæ est *A*; continuanda similiter perfacile in infinitum.

Tertiæ ordo perpendicularis componitur ex primo & secundo; præponit signum *+*; hoc est, *plus*; & addit insuper *in B*; ordinet etiam seriem suam; quoad Charakteres graduum, non statim è regione Characterum secundæ seriei; sed immediate post.

Quarta series perpendicularis componitur ex tertia, & addit insuper, *in B q*. Habet enim Charakteres graduum ex tertia, ea ratione qua ipsa tertia series, suos Charakteres accepit ex secunda. Numeros vero adjunctos colligit per continuam additionem; numerorum seri-

ei proximè præcedentis; ita tamen ut semper subintelligatur vnitatem præcessisse reliquos. Numerus enim primus hujus Quarei Ordinis, qui est 3, est summa dictæ vnitatis, & numeri primi, qui est binarius præcedentis seriei. Secundus numerus est 6, factus ex additione ternarij paulo ante collecti, & ejus quem ad latus habet, in antecedente serie, qui etiam est ternarius. Tertius numerus hujus Quarti perpendicularis ordinis est 10, comp̄positus ex additione istius 6, quem jam fecimus, & ejus quem ad latus habet in præcedenti qui est 4. Quartus numerus ejusdem serier̄ oritur ex additione hujus 10, quem fecimus, & ejus quem ad latus habet, qui est 5, ut faciat 15. Et sic de reliquis. Nam non aliter generatur Quintus ordo ex Quarto, quam ipse Quartus ex Tertio. Et sic in infinitum.

	B	A	+ B					
1	B	A	+ A in B					
2	Q	Aq	+ Aq 3 in B	+ B q				
3	C	Ac	+ Aq 3 in B	+ A 3 in B q	+ BC			
4	QQ	Aqq	+ Ac 4 in B	+ Aq 5 in B q	+ A 4 in BC	+ Bqq		
5	QC	Aqc	+ Aqqs in B	+ AC10 in Bq	+ Aq10 in BC	+ A 5 in Bqq	+ BqC	
6	CC	ACC	+ Aqcs in B	+ Aqq15 in Bq	+ AC20 in BC	+ Aq15 in Bqq	+ Aq15 in BqC	+ BCG

Sunt autem numeri Tertiij perpendicularis ordinis, seriei naturalis; illi vero qui sunt in Quarto ordine, sunt triangulares; & numeri in Quinto ordine positi, sunt Quadrangulares; Quæst̄ Ordinis quinquangulares sunt. Et sic de reliquis.

C A P V T II.

D E P O T E S T A T U M

Genesi, & Analyssi in specie.

VT Præcepta Vniversalia ad determinatorum Graduum Genesin, & Analysin Potestatum facilius, & sine errore aut dubitatione applicentur, Exemplis binis Lectori praire constituimus, in secundo ac tertio Potestatis Gradu, Quadratorum videlicet atque Cuborum, maxime quod reliquorum, altiorumque Graduum, extra Algebraam vix vobis aliquis sit. Quod ut rectius exequamur Præceptis particularibus, particularia Theorematâ, ex Tabula tertia vel quarta, Capite precedenti proposita, excerpta, Exemplis pramittere abs re non fore judicavimus: per ea etenim invabitur tam praxis quam speculatio, redditurque ratio & Operationis, & Præceptorum.

A R.

ARTVI CVVOLV. S^H. I.

Theorematum, ex præcedentibus Tabulis desumpta, pro Genesi & Analysis particularium Graduum.

THEOREMA I.

Pro secundo Gradu, qui est Cuborum.

Si Radix aliqua dividatur in duas partes, quarum altera sit *A*, altera *B*; erit Quadratum totius Radicis indivisa æquale, Quadrato ipsius *A*, plus *A* in *B* bis, plus *B* Quadrato.

Et hoc est quod secunda series transversa, Quadratica nimurum, in Tabula secunda capitum præcedentis Articuli 12. ejusque constructio, supra capite primo, Articulo 13. posita, indicat.

THEOREMA II.

Pro Tertio Gradu, qui est Cuborum.

Si Radix secatur in duas partes *A* & *B*, erit Cubus totius Radicis æqualis, Cubo ipsius *A*, plus *A* Quadrato ter in *B*, plus *A* ter in *B* quadratum, plus *B* Cubo.

Paret ex Tertia serie Tabulae supradictæ, ejusque constructione.

THEOREMA III.

Pro Quarto Gradu, Quadrato-Quadratorum.

Radicis cuiusvis in duas partes *A* & *B* sectæ, Quadrato quadratum æ quale est, Quadrato-quadrato ipsius *A*, plus *A* Cubo quater in *B*, plus *A* Quadrato sexies in *B* Quadratum, plus *A* quater in *B* Cubam, plus *B* Quadrato-quadrato.

Constant hæc omnia ex serie Quarta transversa, prædictæ Tabulae secundæ; & rationem Constructio ipsa supra posita ostendit.

Atque hac ratione infinita condere licet Theorematum, pro infinitis Postulatum Gradibus.

ART.

ARTICVLVS. IA.

EXEMPLVM.

*Genesis & Analysis Potestatis Secundi Gradus, qui est
1 A 1 Quadrati.*

Esto data ad Genesis Radix, seu Latus futuri Quadrati 45291037.
Potestas vero per Analysis resolvenda 2142860106535369.

Primo igitur quia Radix data est octo figurarum, & Potestas facienda est secundi gradus, exponatur juxta primum Praeceptum Article Articuli 6. Capitis precedentis, 18 Cyphræ, pro qualibet felice figura binæ, & tam Cyphrarum, quam Potestatis datæ, alteria figure, & dexteris incipiendo, notentur punctis quibus in Potestate fictitia, quæ scilicet ex Cyphris constat, datam Radicem subjice, ut apparet in hac prima formula.

FORMULA PRIMA.

Genesis. *Analysis.*

$$\begin{array}{l} \text{0 0 0 0 0 0 0 0 0 0 0 0 0 0 | 2 1 4 2 8 6 0 1 0 6 5 3 5 3 6 9} \\ \text{4 0 6 2 0 9 1 0 0 3 7 |} \end{array}$$

Secundo, ex doctrina secundi Praecepti generalis, pro Genesis, in praecedenti Secunda Tabula pag. 159, quare in fronte primam Radicis figuram, quæ est 4, & sub illa, in linea transversa Potestatis Quadraticæ, excerce Potestatem ejus 16. pro Analysis vero, cum primo punto qui est 21, seriem eandem Quadraticam ingredere, ibi q; cum equalem non invenias, proxime minorem, quæ est 16, accipe, cum superscripta Radice 4. Potestatem igitur hanc primam singularem 16, sub primo punto scribe, ut secunda formula indicat; eamque in Analysis à sibi superscriptis 21, subtrahere, & quinarium reliquum subscribe. Hæc autem operatio denotatur in Tabula Tertia, pagina 160. In serie transversa Quadraticæ per has litteras Ag, hoc est, A Quadratum.

FORMULA SECUNDA,

Genesis. *Analysis.*

$$\begin{array}{r} 8 0 \\ - 4 \\ \hline 1 6 \quad 4 \end{array} \qquad \begin{array}{r} 2 1 \\ 4) 1 6 \\ \hline 5 \end{array}$$

TERTIA.

Tertio, ad sequens punctum progredere: & ut facilior sit operatio, in Genesi Potestati jam facta, hoc est ipsius 16; in Analysis vero relicto quinario, in eadem transversa recta linea, hujus puncti figuram versus dextram præpone. Quia vero inter punctum, & punctum, unus tantum locus est vacuus, ex præscripto Tertiij Generalis Præcepti, unus tantum in eo scribendus erit, primæ singularis Radicis (Quaternarij videlicet) Multiplex, qui debet esse per binarium, ut constat ex Theorematem secundo, supra Articulo 2, proposito. Dices igitur bis 4 sunt 8, quæ 8, ut apparet in Tertia formula, puncto debent esse finistram versus proxima. Et hoc est quod in dicto Theoremate, atque in serie Quadratse' tertiaz Tabula, ponitur A 2, hoc est, A bis. Atque hac ratione ex hoc tertio Præcepto Genesis expedita est. In Analysis vero restat adhuc secundæ Radicis singularis per divisionem inventio, in qua divisorem agit idem octonarius. Dic ergo 8 in 54 continentur sexies, senariumque tanquam Radicem suo loco ponito:

FORMULA TERTIA.

*Genesij**Analysis.*

$$\begin{array}{r}
 0 \ 0 \\
 - 4 \\
 \hline
 1 \ 6 \ 0 \ 0 \quad 4 \ 6 \\
 - 8 \\
 \hline
 5 \ 4 \ 2 \\
 8) \ 8 \ 1 \\
 \hline
 5 \ 4 \ 2
 \end{array}$$

Quarto, cum in secundo gradu unus tantum sit Multiplex, ut dictum est, ex quarto Præcepto secundæ Radicis (senarij scilicet) Potestatem, quæ est 36, sub ipso puncto ita pone, ut senarium scribas, ternarium mente retineas; (facile enim hoc fit, cum talis Potestas duas figuram nunquam excedat) huic Potestati proximus gradus est ipsamet Radix 6, eam igitur in supra scriptum multiplicat, & productis 48 ternarium retentum adjice, & collecta 51 sub ductâ linea propè senarium jam scriptum, adscribito, tam in Genesi, quam in Analysis, aliamque lineam subducito; ut habes in Quarta formula. Operationem hanc docet Tabula in linea Quadratica, & prædictum Theoremæ per, A 2 in B, + Bq. Nam per A semper significatur prima Radix, & per B secunda.

FORMULA QVARTA.

*Genesij**Analysis*

$$\begin{array}{r}
 0 \ 0 \\
 - 4 \\
 \hline
 1 \ 6 \ 0 \ 0 \quad 4 \ 6 \\
 - 8 \\
 \hline
 5 \ 1 \ 6 \\
 + 4) \ 1 \ 6 \\
 \hline
 5 \ 4 \ 2 \\
 6) \ 8 \\
 \hline
 5 \ 4 \ 2 \\
 \text{Quot}
 \end{array}$$

Quintò quia inter proximas ductas 2 lineas, unus tantum est numerus videlicet 516, eum, ex Præcepto quinto, in Genesi quidem Potestati suprascriptæ, quæ est 1600 adde, ut facias 2116. Potestatem nimurum five Quadratum numeri 46, qui ex duabus primis figuris dæcæ Radicis constat. In Analysis vero cundem numerum 516, à superscripto secundo puncto, nempe ex 542 subtrahe, & reliqua 26, subscripte, ut vides factum esse in hac Quinta formula.

F O R M V L A Q V I N T A

Genesis

$$\begin{array}{r} \bullet \bullet \\ \hline 4 \\ \hline 1600 \\ 8 \\ \hline 516 \\ \hline 2116 \end{array}$$

46

Analysis

$$\begin{array}{r} 21 \\ \hline 4) 16 \\ \hline 16 \\ 0 \\ \hline 4 \\ 6) 8 \\ \hline 8 \\ 0 \\ \hline 516 \\ \hline 26 \end{array}$$

Sextò, figuræ Radicis expeditæ, quæ sunt 4 & 6, sint tibi 46, hoc est unus numerus, & instar unicæ primæ Radicis, quæ, ut dixi, per 4 in Theoremate, ac Tabula predicta designatur; cum qua, ut ante, per tertium Præceptum, quare aliam novam & Potestatem & Radicem, inveniesque in Genesi pro Potestate numerum 213444, à Radice singulari 462 progenitam: in Analysis vero Radicem binarium, & residuum 842, ut videre licet in Sexta formula.

F O R M V L A S E X T A.

Genesis

$$\begin{array}{r} \bullet \bullet \\ \hline 4 \\ \hline 1600 \\ 8 \\ \hline 516 \\ \hline 211600 \\ 92 \\ \hline 1844 \\ \hline 213444 \end{array}$$

462

Analysis

$$\begin{array}{r} 21 \\ \hline 4) 16 \\ \hline 16 \\ 0 \\ \hline 4 \\ 6) 8 \\ \hline 8 \\ 0 \\ \hline 516 \\ \hline 26 \\ 8 \\ 6 \\ 8 \\ 6 \\ 2) 92 \\ \hline 92 \\ 844 \\ \hline 842 \end{array}$$

Atque hac ratione per tertium, quartum & quintum Præcepta, vique ad finem opus prosequere, sicut hic factum vides in Septima formula. Ut autem numerorum sibi invicem subscriptorum, absque errore

fore si sit additio & subtractio, ecclis seceris ab his quasque, quadruplices figuræ lincis perpendicularibus incluseris, ut appareat in eadem septima Formulae ordinis qua præter cetera videtur inde singulariter Compositionis & eius locis, et ab eo quod est in primis operis progressum, quod est in eis summae & simulque **S E P T I M A**, **F O R M A V I L A**, quoniam est hanc in excessu deinde in eis per distributum continet, et in multis etiab

Genesi.**Analyt.**

0000	0000	0000	0000	2142	8601	0653	6369
46	29	10	39	416	1064	10653	6369
1600		D		542			
8				6187			
316		4629	1037	516			
		8248	2064				
2116	00	9258	207	26	86		
9	2			2] 9	2		
18	44			18	44		
2134	4400			8	4201		
	924			9]	924		
8	3241			8	3241		
2142	7641	00			960	06	
	925	8		E	0	1] 925	8
2142	8566	8100	00			134	2553
	9	2582	0	G		3] 9	2582
	27	7746	09			27	7746
2142	8594	5846	0900			6	4807
		6258	206			7]	9258
1	6	4807	4469			6	4807
2142	8601	0653	5369	0000	0000	0000	0000

Resolutionis proprietatem, quæ est, ut initium Compositionis sit finis Resolutionis; & quod est ultimum in Compositione, sit primum in Resolutione.

ARTICULUS III.*Annotationes ad Genesim, & Analysis Quadratorum spectantes.*

PRIMA. Ne Duplum primarum, & aliarum præcedentium Radicum, toties scribendum sit, id successivè secundum operis progressum, scorsim sub ipsiusmet Radicibus scribatur; id quod, cum ex majoribus figuris varietur, variatum de quo supponatur, prout apparet in præcedenti septima formula ad litteram D, ubi Radices sunt in primo ordine

trapverso, in secundo primum Duplum, in tertio Secundum, sequente
triatum Duplum, & in quarti etiam triatum, quod est duplo etiam et duplo
Secunda. Quando aliqua Radix singularis restans, non fuerit
de qua Præcepto quarto, multiplicatio; sed loco producti, accipitur
numerus ex tertio Præcepto natus, cum ipsa unitate immediate sub pun-
cto scripta, ut pateat ex sepsim formula ad litteram H, ibi duplum Ra-
dicens, cum ipso Radicis quadrato, quod est 1, hoc est 92581, in Genesi
additur, in Analysis vero subtrahitur, suo suprascripto.

TERTIA. Si vero Radix singularis Cyphra sive nulla fuerit, in Ge-
nesi Potestati præcedenti duæ Cyphre adiicienda sunt, in Analysis au-
tem ipsa hinc Cyphra Radicibus ordinè suo adnumeranda; & mox ad
proxime sequens punctum procedendum est; ut in eadem apparer for-
mula ad litteram O.

QUARTA. Si in Analysis remanserit aliquod Residuum, nec dubitet
uti doctrina quam initio Articuli 9, c. i. deditus, Residuum istud sit tibi
instar numeratoris, & tuncius Radicis inventæ duplum fiat denominator,
& habebis fractionem Radici inventæ adiiciendam, sed vera majorē;
Si unitatem numeratori subtraheris, vel denominatori addideris, fra-
ction erit minor quam vera: ex quibus duabus satis propinquam facies;
Si summe numerorum, tanquam novo numeratori, summam deno-
minatoris, subscripteris.

Exempli gratia in quinta Formula, vbi quadratum resolvendum
est 2142. Residuum est 24, cui si Radicis duplum, quod est 92, sub-
scripteris, habebis fractionem $\frac{24}{92}$ sive $\frac{12}{46}$ majorē verā; minor verā est
 $\frac{12}{46}$, vel $\frac{12}{46}$ sive $\frac{6}{23}$. Additis numeratoribus & denominatoribus, fit fra-
ctio $\frac{12}{46}$ vel $\frac{26}{92}$ vt cunque propinqua; ita ut Radix quadrata ex 2142, dici
possit 46 $\frac{12}{92}$ proximè, vel etiam 46 $\frac{6}{23}$.

QVINTA. Ex hac potro Genesi videre sicut, quod datæ Radicis sin-
gulares Potestates omnes seorsim exprimantur. Primæ enim figure
quæ est 4, Potestas habetur ex secunda Tabula: duarum deinde figura-
rum, quæ sunt 46, Potestas datur per operationem hæcpe 2116. Tri-
um, quæ sunt 462, datur Potestas 213444. Quatuor exinde figura-
rum, quæ sunt 4629, datur Potestas 21427641. Ex sic de reliquis.

Contra vero in Analysis, primi puncti Potestatis datæ, qui est 21,
proxima Radix habetur etiam ex secunda Tabula. Secundi deinde
puncti, qui est 2142, Radix proxima in numeris integris habetur ex o-
pere, videlicet 46. Tertiij puncti, qui est 214286, proxima Radix est
462. Et sic de reliquis.

ARTICULUS IV.

Ratio Genesij & Analysis, Secundi Gradus.

HEC tota ponder & patet ex primo Theoremate Supraposito, que

et propositum quarta libri 2. Euclidis, si ea Numeris accommodetur; quod
sic fieri possitque numeri ex quadrato illius. Quod si etiam ex eorum
in. Si numerus cuiusvis secetur, circunque in duas partes interiarum partitionem
Quadratum huius Potestas est duplo cum duplo productu, quod ex multiplicatione
ex earundem partium mesuratur, simul aquilam sunt quadrata totius numeri
propositum illius secundum hoc, ex quo non dubius est. Ad. 164. et 165.
Cura igitur in. Genesis aliud non fiat, nisi ut numerus datus sive
Radix successiva semper in duas partes dividatur, & harum partium
Quadratum una cum duplice facto ex ipsis partibus oritur, nam in sum-
mam colligantur, posset hinc origi Quadratum totius numeri pro-
positi. In Analysis vero contra, Restas proposita sive Quadratum equi-
tus numeri, in duas illa Quadratas partium ex earundemque duplo
productum resolvitur, & tandem partes laterales ipsa eruuntur.

Exempli gratia. In Formula sexta vel septima, habita per Gene-
sis quadrato 2, 116, à radice 46 progenito, volo illi addere tantum,
ut fiat aliud & majus quadratum, cujus radix sit 462. Hæc ergo ra-
dix est numerus ille, de quo Theorema, in duas partes secundus, quas
pono esse 460 & 2; majoris ergo partis numerus quadratus est 211,
600. (& sic apparet ratio, cur ipsis 2116. hoc est, quadrato prius in-
vento præfixæ sint duæ cyphræ) minoris vere est 4. Earundem autem
partium 460 & 2 multiplicatio mutua facit productum 920, qui dupli-
catus gignit 1,840. Atque hi tres numeri, duæ scilicet potestates seu
numeri quadrati 211, 600 & 4, duplumque productum 920, in unam
collecti summam, ut hic apparet, faciunt Quadratum propositum, radicis 462. Hinc ergo patet
ratio, cur in opere & Genesis & Analysis immedietè
sub puncto scribatur, quadratus minoris partis nu-
meri secuti, & duplum radicis invenientur, ductum in
tandem partem minorem, una sede sinistrum versus promoteatur. Sup-
ponitur enim duplo illi præfixam esse unam cyphram. Idem autem est
sive productum ex partibus duplicitur, sive partes duplicatae invicem
multiplicantur, ut sic in Genesi.

In Analysis, vero, habita per precedens opus radice 46, ex po-
testate 2, 142, que Residuum fecit 26, volo præfixis prius proxime se-
quentibus binis figuris 86, ex toto tanquam reliquo quadrati, seu Po-
testatis jam resolutæ, videlicet ex 2, 686, elicere novam radici inven-
tæ 46 præfigendam figuram. Hanc ergo radicem tanquam integrè in-
ventam, pono esse numerum illum, de quo Theorema, in duas partes se-
cundum quarum partium major sit 460, & minorem sic quaero. Quo-
niam ex prædicto residuo Quadrato 2686, seu rectius, ex toto 214, 286
majoris hujus partis 460 quadratum, quod est 211, 600, per præ-
cedentes operationes, tanquam per summam ex 160, 000 & 51, 600
subtractum jam est (quemadmodum statim ab initio quadratum ex
40, quod est 1, 600 ab 2, 142 sublatum est, facto residuo 542) &
in reliquo, quod est 2, 686, solam remaneat gnomon, sive minoris par-
tis

etis quadratum; una cum duplo rectangulo, sive producendo 480, de nova querenda figura. Quare si rectangulum unum applicetur ad latum maius, oritur latum minus sive nova figura quae sit 920. hoc est. si numeri dati 2,686 medietas, quae est 1,343, in qua est summa illius unius rectanguli, & semiquadrati ejusdem novae figurae querenda, dividatur per 480, habebitur dicta nova figura. Sed idem est si duplus numerus, hoc est, 2,686, dividatur per duplum divisorem, nempe per 920: hoc autem sic in opere Analyseos, ut patet, Cum ergo hoc loco per divisionem binarius inventus sit, vnum rectangulum sub ipso & 480, est 920; ipsiusque duplum 1,840, quadratum vero binarij est 4, & sic totus gnomon 1,844, qui subtractus ex 2,686, relinquit 842, constat ergo tota ratio. Ex hoc autem residuo 842 aucto binis figuris 01, ut sit 84,201, sequens figura radicis, quae est 9, elicetur eadem arte; id patet in septima Formula; Et sic de reliquis.

ARTICVLVS V.

E X E M P L V M

Genesis & Analysis, Potestatis Tertij Gradus.

SIT data ad Genesin Radix seu latus futuri Cubi, idem quod ante, videlicet, 46, 291, 037. Potestas vero seu Cubus per Analysisim insuum Latus resolvendus sit 99, 195, 216, 477, 452, 708, 187, 653.

Primò igitur quia Radix data est 8 figurarum, & Potestas facienda Tertij sit gradus, exponantur juxta primum vniuersale Præceptum 24 Cyphræ pro qualibet scilicet figura ternæ, & tam Cyphrarum quam potestatis datæ, ternæ alternæ figuræ, à dextris incipiendo, notentur punctis, quibus in Potestate fictitia, quæ scilicet ex punctis seu Cyphris constat, datam Radicem subjice, ut appareret in prima formula.

FORMULA PRIMA.

Genesis

Analysis.

9 9 1 9 5 3 1 6 4 7 7 4 5 2 7 0 8 1 8 7 6 5 3

4

Secun-

Secundò. Ex doctrina Secundi Præcepti pro Genesi in Tabula prima, quare in fronte primam Radicis figuram, quæ est 4, & sub illa in serie Potestatis Cubicæ, excerpte Potestatem 64: pro Analysis vero cum primo puncto, qui est 99, lineam eandem Cubicam ingredere; ibique, cum æqualem non invenias, proxime minorem, quæ est 64, accipe, cum sibi suprascripta Radice 4. Potestatem igitur hanc primam singularem 64, sub primo puncto scribe, ut secunda formula indicat; eamque in Analysis à sibi suprascriptis 99 subtrahe, & reliqua 35 subscribe. Hæc autem operatio denotatur in tabula tertia in serie transversa Cubica, per A. Cub.

FORMULA SECUNDA.

Genesis

$$\begin{array}{r} 0 \ 0 \ 0 \\ | \\ 4 \\ \hline 6 \ 4 \end{array}$$

Analysis

$$\begin{array}{r} 9 \ 9 \\ | \\ 4) 6 \ 4 \\ \hline 5 \ 3 \end{array}$$

Tertiò. Ad sequens punctum progredere, & ut facilior sit operatio, puncti hujus tres figuræ, in Genesi quidem, potestari jam possæ, ipsis nimirum 64; In Analysis vero relictis 35, in eadem recta linea adscribe. Quia vero inter punctum & punctum duo loca sunt vacua, ex præscripto Tertiij generalis Præcepti, atque Theorematis secundi supra Articulo 1. positi, bini Multiplices primæ singularis Radicis, quaternarij scilicet scribendi erunt singuli, in singulis suis locis, primus quidem immediate ad sinistram puncti ponendus, ipsiusnet Radicis per ternarium Multiplex esse debet: Dicas ergo ter 4 sunt 12. Secundus vero Quadrati ipsius Radicis quod est 16, per eundem ternarium Multiplex esto; dicas ergo ter 36 sunt 48, eaque scribas in proxime sequenti loco, sinistram versus, ducasque lineam; ut videre est in tertia formula. Et sic ex hoc tertio Præcepto Genesis expedita est; in Analysis vero hi duo numeri, eo quo reperiuntur ordine perpendiculari, in unum collecti, divisorem constituant 492, sub linea scribendum, qui supra se habet dividendum 35, 195, dic ergo 49 in 351 (vel quia 49 sunt quasi 50, dic 5 in 35) haberentur quidem septies; sed quia divisio debet potius esse minoris Quoti, quam accutati, ex tertio Præcepto; ideo tantum senarium pro Quoto accipias, suo loco scribendum: divisorem denique (juxta quem etiam Quotus scribi poterit) alia linea includere, ut habetur in eadem tertia formula. Et hoc est quod in prædicto Theoremate, atque in serie Cubica Tabulae prædictæ ponitur, A. 3d. Aq. 3.

Non est autem opus tripla & radicis, & ipsius quadrati ad constituendum Divisorem, unam in summam colligere: Triplum enim quadrati finistram versus tantum excurrere solet, ut per primas ipsius figuræ

ras (incipiendo à sinistris) bene possit judicium fieri, quænam ex Dividendo figura pro Quoto, sive Radice singulari elicenda sit. Et sic factum videbis infra in septima Formula, pro omnibus sequentibus Radicibus, scilicet pro 2, pro 9, &c.

FORMVLÀ TERTIA.

Genesis

$$\begin{array}{r}
 0\ 0\ 0 \\
 \underline{-} \\
 4 \\
 \hline
 6\ 4\ 0\ 0\ 0 \\
 \hline
 1\ 2 \\
 \hline
 4\ 8
 \end{array}$$

Analysis

$$\begin{array}{r}
 9 \quad 9 \\
 \\
 4) \quad 6 \quad 4 \\
 \hline
 3 \quad 5 \quad 1 \quad 9 \quad 5 \\
 \hline
 \quad \quad \quad \quad 1 \quad 2 \\
 \quad \quad \quad \quad 4 \quad 8 \\
 \hline
 6) \quad 4 \quad 9 \quad 2
 \end{array}$$

Quartò. Ex Præcepto quarto generali Secundæ Radicis , quæ est senarius , Potestatē , quæ est 216 , sub ipso secundo pūncto pone ; deinde ejusdem Radicis quadratum , tanquam proxime minorem gradum , duc in suprascriptum proximum suum reciprocum , 36 scilicet in 12 & factū Potestati homogeneum , quod est 432 , ad latus posite Potestatis scribito : denique ipsam̄ secundam radicem singularem , duc in suum reciprocum , 6 scilicet in 48 , & factū homogeneū 288 , in sequenti loco versus sinistrām ponito ; & tandem lineam subducito , vt habes in quartā formulā . Operationem vero hanc docet secunda Tabula , in serie transversa Cubica , & prædictum secundum Theorema , per Aq3 in B , + A3 in Bq , + B Cubo .

FORMVLÀ QVARTA.

Genesis

0 0 0

4

6 4 0 0 0

I 2

4 8

2 1 6

4 3 2

2 8 8

Analysis

$$\begin{array}{r}
 & & 9 & 9 \\
 & & \cdot & \cdot \\
 4) & 6 & 4 & \\
 \hline
 & 3 & 5 & 1 & 9 & 5 \\
 & - & 4 & 0 & & \\
 & & 1 & 2 & & \\
 & & - & 4 & 8 & \\
 & & & 4 & 8 & \\
 \hline
 6) & 4 & 9 & 2 & \\
 \hline
 & 2 & 1 & 6 & \\
 & - & 4 & 3 & 2 & \\
 & & 2 & 8 & 8 & \\
 \hline
 \end{array}$$

19

Hoc loco notabitur, quando secundæ radicis gradum binis figuris constat, ac proinde multiplicatio illius in reciprocum gradum memoriter fieri vix potest, ne cogaris scorsim hanc multiplicationem facere, p[er]missum, quam dixi radicem, ducas in dictum reciprocum, hoc est, in exemplo nostro in 12, & productum ducas denuo in eandem radicem, videlicet 72 in 6, & hoc secundum producatur eodem modo sub primo scribe, priori enim deleto, posterius omnino aequaliter erit illi, quod factus esset ex quadrato secundæ radicis, in eundem gradum reciprocum: operatio hæc apparet in hac quinta formula, & in septima ad litteras K & M.

F O R M U L AG e n e s i s


$$\begin{array}{r}
 0\ 0\ \overset{2}{\cancel{2}}\ \overset{4}{\cancel{4}} \\
 \times\ \overset{2}{\cancel{2}}\ \overset{4}{\cancel{4}} \\
 \hline
 6\ 4\ 0\ 0\ 0 \\
 \hline
 4\ 8
 \end{array}$$

Q V I N T AA n a l y t i s

$$\begin{array}{r}
 9\ 9\ \overset{2}{\cancel{2}}\ \overset{4}{\cancel{4}} \\
 \times\ \overset{2}{\cancel{2}}\ \overset{4}{\cancel{4}} \\
 \hline
 3\ 5\ 1\ 9\ 5 \\
 \hline
 4\ 8
 \end{array}$$

Quintæ. Potestati suprascriptæ, quæ in Genesi, juxta Præceptum quintum, 288 scilicet & 432 unam cum potestate 216, eo situ que in duas proxime dactas linea inveniuntur, inter se additi, summam faciunt 33, 336 quæ in Genesi, juxta Præceptum quintum, Potestati suprascriptæ, quæ est 64, 000, adde (quod eadem opera qua homogenea adduntur fieri potest, ita ut numerus 33, 336 per se scribendus non sit) ut facias 97, 336. Potestatem sive Cubum numeri 46, qui ex duabus primis Figuris datae radicis constat. In Analyti vero eundem numerum 33, 336 à suprascripto punto secundo, scilicet à 35, 195, subtrahes, & reliqua 1, 859 subscribe, ut vides factum esse in sequenti sexta formula.

Quinto. Homogenei facti, 288 scilicet & 432 unam cum potestate 216, eo situ que in duas proxime dactas linea inveniuntur, inter se additi, summam faciunt 33, 336 quæ in Genesi, juxta Præceptum quintum, Potestati suprascriptæ, quæ est 64, 000, adde (quod eadem opera qua homogenea adduntur fieri potest, ita ut numerus 33, 336 per se scribendus non sit) ut facias 97, 336. Potestatem sive Cubum numeri 46, qui ex duabus primis Figuris datae radicis constat. In Analyti vero eundem numerum 33, 336 à suprascripto punto secundo, scilicet à 35, 195, subtrahes, & reliqua 1, 859 subscribe, ut vides factum esse in sequenti sexta formula.



FORMULA SEXTA.

Genesia. *Analyticæ*

Acceptis denique 46 pro prima Radice, per Precepta primum, secundum, tertium, quartum & quintum ad sequentes singulares Protestates compenendas, & radices diciendas progredere, ut in precedentibus exemplo docuimus; & sequens Formula septima exhibet: in qua figuræ omnes ad litteras K & M positas, puta esse deletas, siue decussatas.

ARTICVLVS VI.

Annotationes.

PRIMA. Hic dari posset instruacio de triplicatis Radicibus, & Radicis triplicatis quadratis, scorsim scribendis; imo de quadratis Radicis singularium scorsim componentibus: sed hæc Radio potius quam Calamo opus habent. Satis tamén etiam erit Radices scorsim scribere, ut fecimus in Formula septima ad litteram D, hæc enim hac ratione ob oculos positæ, mox triplicari mente possunt, & productus numerus suis locis scribi. In hunc finem subjecimus etiam ad litteram H, quadrata radicum singularium, ut mœste similiter triplicari, & statim in proprijs locis triplum poni queat.

000	000	000	000	000	000	000	000	000	99	195	216	477	452	708	187	653	
4	6	2	9	1	0	3	7	4	64								
64	000			D.					35	195							
12		46	29	10	3	17			12								
48		16							48								
		2116		H					6)492								
216		2134	44						216								
432		2142	7641						432								
288		2142	8566	81					288								
97	336	000	2142	8594	5846	09			33	336							
			2142	8601	0653	536	9		1859	216							
1									1	38							
634	8								2)	634	8						
5	52								5	52							
1	269	6	8						1	269	6	8					
98	611	128	000						1	275	128						
									1584	088	477						
13	86								9)	64	033	2					
64	033	2								13	86						
			729							729							
124	74	K								124	74	K					
122	66									122	66						
576	298	8								576	298	8					
99	188	550	189	000						577	422	189					
										6	666	288	452				
			138	87	E					138	87						
6	428	292	3	1					1)	6	428	292	3	E			
99	194	978	620	171	000	000	G			6	428	431	171				
										0)	237	1857	281	708	187	G	
										3)	64	285	700	430	0		
			13	887	30						124	985	70				
64	285	700	430	0						192	857	101	290	0			
											192	837	226	275	727		
			124	985	70						45	000	055	432	460	653	
			192	857	101	290	0				7)	6	428	578	375	382	7
												M	972	111	63		
99	195	171	477	397	275	727	000					6	804	781	41		
												45	000	048	627	678	9
			138	873	09							45	000	055	432	460	653
			6	428	578	375	382	7				000	000	000	000	000	
99	195	216	477	452	708	187	653										

SECVNDA. Imitatur hæc secundam Annotationem supra Articu-
lo 3 positam; afferens compendium quando radix singularis est unitas.
Summa enim quæ sit ex triplo radicis singularis, ejusque triplicato
quadrato, yna cum Cubo ipsius radicis, qui est 1 (debito modo scrip-
tis & collectis) hoc est, 6, 428, 431, 171, (ut videre est ad litteram E,
in Formula septima) in Genesi additur, in Analysis vero subtrahitur
a suo suprascripto.

TERTIA. Eadem hæc est cum tercia Annotatione Articuli 3
nisi quod hic ratione gradus non binæ, sed ternæ cyphræ adiicienda
sint, &c. apparet operatio in septima formula, ad litteram G, vbi in
Analysis nullum possumus Divisorem; Dividendi enim primæ figurae a
sinistris incipiendo, sunt 23, 785 &c. quibus subscribendus immediato
fuerit divisor 64, 284 &c (quod quilibet statim ex precedentibus vi-
dere potest) ita ut sub 23 scribendi fuissent 64, unde statim constare
potuit Quotum esse o. &c,

QVARTA. Notandum hic, ut supra Annot. 4. factum est
quomodo, quando Cubus resolutus aliquod relinquat residuum, fractio
Radicis inventæ adiicienda, constituenda sit. Fit autem hoc modo:
Residuum ipsum statuit Numerator; Denominator vero conficitur
ex additione, cum tripli radicis inventæ, cum triplicati Quadrati ejus-
dem Radicis: & fit fractio minor vera. Exempli gratia in sexta For-
mula ex Cubo 99, 166 inventa est Radix 46, & residuum mansit 1859.
hoc ergo esto Numerator fractionis quæ queritur. Radicis triplum est
138, & quadratum ipsius, quod est 2, 116 triplicatum facit 6, 348
quod additum ad 138 facit 6, 486: est ergo fractio ista $\frac{1859}{348}$ minor ve-
ra! Ac proinde Radix Cubica propinqua ex 99, 195 est 46, $\frac{1859}{348}$. Pro-
pius accedes si residuo 1859 aliquot cyphrarum ternarios præfixeris
& opus Analyseos prosecutus fueris; invenies enim Numeratorem
cujus Denominator erit unitas cum tot singulis cyphris, quæ ternarios
præfixisti.

QVINTA. Quemadmodum supra Articulo 3. Num. 5. annota-
vimus, dari in Genesi singularium Radicum, singula Quadrata, ita hic
dantur singularium Radicum singuli Cubi. Cubus exempli gratia Radi-
cis 4, est 64. Radicis 46 Cubus est 97, 336. Radicis 462 Cubus est 98,
611, 128. Ut videre est in septima Formula. Et sic de reliquis.

Sic in Analysis primi Cubi 99, Radix proxima in integris est 4;
Secundi Cubi 99, 195, radix proxima est 46. Tertij Cubi 99, 195, 216;
radix proxima in numeris integris est 462. Et sic de cæteris.



000	000	000	000	000	000	000	000	000	199	195	216	417	452	708	187	653	
4	6	2	9	1	0	3	7	4	64	199	195	216	417	452	708	187	653
64 000		D	V						35 495								
12.		4	6	2	9	1	0	3	7	12.							
48		16								48							
		2116				H											
		2134	44							6)492							
		2142	57641							216							
		2142	8566	81							216						
		2142	8568	8100							28 81						
97 336	000	2142	8594	5846	09				33 336								
		2142	8601	06	534	93619			1 859	216							
		138								138							
		634	8							2)634	8						
		5	52								52						
		1	269	6	8					1 269	6	8					
98 61L	128	000								1 275	128						
											584	088	477				
											13 86						
		64	033	2						9) 64	033	2					
			729								729						
			124	74	K						124	74	K				
			122	66							122	66					
			576	298	8						576	298	8				
99 188	550	189	000								577	422	189				
												6 666	288	452			
												1 38	87	E			
		6	428	292	3	I						1 6	428	292	3	I	
99 194	978	620	171	000	000	G						6 428	431	171			G
												0 237	1857	281	708	187	
													1 3	887	30		
			64	285	700	430	0					3 64	285	700	430	0	
																	27
																	124 985 70
																	192 857 101 290 0
																	t92 857 226 275 727
99 195	171	477	397	275	727	000							45 000	055	432	460	653
																	138 873 09
																	7) 6 428 578 375 382 7
																	M 972 111 63
																	6 804 781 41
																	45 000 048 627 678 9
99 195	216	477	452	708	187	653							45 000	055	432	460	653
																	000 000 000 000 000

ARTICVLVS VII.

R A T I O

Genes & Analysis, tertij Gradus.

HÆC ex uno tota pender Theoremate, quod est secundum in ordine supra Articulo 1. proposito; quod ex Cubo solido eodem modo patet, atque quarta secundi Euclidis, ex quadrato plano: pro numeris autem sic concipi patet.

Si numerus quivis seceretur utcunque in duas partes, harum partium Cubi una cum duobus solidis, altero quidem sub triplo prima partis, in quadratum secunda; altero vero sub triplo quadrato prime, in partem secundam; bi numeri, inquam, simul omnes, æquales sunt Cubo totius numeri propositi.

Dixi autem unâ cum duobus solidis, nam etiamsi duo Cubi singulares diametaliter oppositi, ad explendum Cubum totalem, requirant sex solidâ, ut videre est in Cubo materiali; sunt tamen terna solidâ semper æqualia, ac proinde vnum illorum triplicatum, & tanquam vnum acceptum, tribus illis æquivalet. Cætera patent.

Exempli gratia. In Formula sexta & septima, habito per Genesin Cubo 97,336 à radice 46 progenito, volo illi addere tantum, ut fiat aliis & major Cubus, cuius radix sit 462. Hæc ergo radix est numerus ille, de quo Theorema proximum, in duas partes secandus, quas ponio esse 460 & 2. Majoris ergo partis numerus cubicus est 97,336,000, (& sic apparet ratio cur in opere geneseos ipsis 97,336, hoc est cubo prius invento, præfixæ sint ternæ cyphræ) minoris vero est 8. Duorum autem solidorum majus, est quod fit quando majoris partis numerus quadratus, qui est 211,600, dicitur in 6., triplum scilicet minoris partis, & producitur 1,269,600. Minus deinde solidum est quod fit, quando minoris partis numerus quadratus, qui est 4, dicitur in 1,380, triplum videlicet majoris partis, & producitur 5,520. Atque hi quatuor numeri, duæ scilicet potestates seu numeri Cubi 97,336,000 & 8, & prædicta duo solidâ, in vnam collecti summat, ut hic apparet, faciunt 98,611,128 Cubum desideratum, radicis 462. Hinc ergo patet ratio, cur in operatione & Genes & Analysis, immediate sub puncto scribatur Cubus minoris partis numeri secti, & minus solidum vna, majus verò duabus sedibus sinistram versus promovatur. Supponitur enī illi præfixam esse vnam, huic autem duæ præpositas esse cyphras.

In Analysis deinde habita per præcedentes operationes radice 46, ex potestate sive solido 99,195, quod residuum fecit 1,859, volo, præfixis prius proximè sequentibus ternis figuris 216, ex toto tanquam

$$\begin{array}{r}
 9\ 7\ 3\ 3\ 6\ 0\ 0\ 0 \\
 1\ 2\ 6\ 9\ 6\ 0\ 0 \\
 \hline
 5\ 5\ 2\ 0 \\
 8
 \end{array}$$

reliquia Cubi, videlicet ex 1. 2. 5. & 2. 6. elicite novam, radici iuvante, & præfigendam, figuram. Hanc ergo totam radicem tanquam invonatam, pono esse numerum illud unde quo Theorema, in duas partes sucedunt, quarum prædictum maior sit 460, & minorum quatuor hanc modo. Quoniam ex dicto Cubo sive solidi præcedente, & 3. 5. 9. & 2. 6., remanet ex toto solido initio posito, y 9. 2. 6., majoris hujus partis 460 Cubus, qui est 9. 7. 3. 6. 0. e., per præcedentes operationes, tanquam per summam ex 6. 4. 9. 6. 0. 0. & 3. 5. 3. 5. 0. 0. substractus, iam est, (quemadmodum statim ab initio Cubus ex 40 dicitur 6. 4. 0. 0. 0. ab 9. 9. 7. 9. subductus est), facta residua y 3. 4. 5. 0. & in reliquo, quod est 18. 5. 9. 3. 1. 6. remanet gnomon, sic dicatur, solidus; sive minoris partis Cubus, & haec cum duobus solidis de quibus supra majori solidi quod continetur sub base, quæ aequalis est triplo quadrato minoris partis numeri fessi, & sub altitudine aequali triplo spinosis partis minus autem solidus est quod continetur sub basi, aequali triplo quadrato minoris partis numeri sive linea secat, & sub altitudine aequali tunc supradictæ majori parti. Quare si applicetur majoris quod diximus solidum, ad basim, quod est triplo quadrato majoris partis, orientar altitudo ipsius, quæ est minor pars numeri solidi, & ipsa quæ vocatur nova radix figura. Quia vero hoc solidum adhuc ignoratur, sic autem id maxima pars, quæ nota sit, supra dicti gnomoni solidi, ad prædictam basim sive triplo quadrati majoris partis, applicatur ipse metrum, non tamen ita præcisè, quin remaneat tabescere, unde suberhi possit, & alterum sive minus solidum, & Cubus minoris partis. Hoc est, in exemplo nostro reliquum Cubi, sive gnomoni solidus, nimirum 18. 5. 9. 3. 1. 6., dividitur per 6. 3. 4. 8. 0. 0, triplo videlicet quadrato, quod est 2. 1. 1. 6. 0. 0, majoris partis numeri solidi, & invento: Quoto 2., quæ est nota figura quadrata, statim ipsum, tanquam aliquid partis numeri solidi, sic Cubus, nimirum, 8. Minus solidum habetur si quadratum novæ figure quod est 4, ducatur in 13. 8. 0. triplicata in maiorem partem. Majoris denique solidum producitur ex ductu novæ figure 2, in 6. 3. 4. 8. 0. 0, triplo scilicet quadratum, ejusdem majoris partis 4. 6. 0. 0. Quæ etia solidia subtrahita ex 18. 5. 9. 3. 1. 6., solido illo gnomone, reliquum sic solidum 5. 8. 4. 0. 8. 8; cui sequentes tres figure. Potestatis resolvendæ, nimirum 4. 7. 7, præfigendæ sunt, & eadem quæ ante artis methodo alia novæ figura inquirenda, prout exhibetur supra in septima Formula. Et sic de ceteris.

A D D I T I O.

Quod si quis nobis obijciat, præcepisse nos est egisse in opere Analyseos, contra justissima Legis homogeneorum decreta, colligisse nimirum nos summam divisorum, ex partibus non convenientibus, ex triplo nempe lateris prius inventi, atque ex triplicato quadrato ejusdem, ex linea scilicet est superficie, ac proinde ex magnitudinibus heterogeneis. Exempli gratia, in formula quinta pagina 173 addidisse nos 12, quod est triplo radicus seu lateris 4, ad 48, triplo quadratum ejusdem lateris 4, est si nos efficerem summare heterogeneram 492, que nec longitudo nec planum dici queat. Huic

et hinc respicientes ; quantitas non ut tantum Vietae alijque inventio, et multa gratia illa ut tantum ratio ex sero, triplam radicis seu latetis ; ac proinde longe undam tam etiam cum plane incompitibilem ; nihilominus tamen et eundem mas suorum posse, ut superficiem planam, rectangulum nimis sub eodem triple radice, est alio vero latere, quod fieri vult, que omnis etiam in multiplicatione quam in divisione, in genosies analysi tributum, superficiem futurum, fuisse. hujus rei autem monitionem facere et cum primiti operationum idcirco, prolongare. Namque admodum ex vienore, triplo fideliter, triplex que ejusdem radicis quadrato, ex quo virgineo Cubico, cibos et alii affinitate, est, comparitur Cubicus numerus praezime magis. Exempli gratia. Eiusdem Cubus, et 5, ex radice 5, cuius triplum est. 125, quadratum ejusdem 25, cuius triplum est. 75, collego ergo ipsius 175, ut omnem sumam factum 475, qui non minus adjunctum Cubo proposito integrum, addiponit. 25. Cubum proximum cuius radix 16, una unitate major est radice proposita, ne proinde predicta summa, ex differentia est inter proximos duas Cubos, 25 et 16, a radicibus sibi et progenitum. Quemadmodum, duosque hec collectio numerorum per hanc geometriam non convenit, sed tamen ut ipso verbo, est geometricè explicari posse, ista etiam suo modo de supradictorum Divisionum summa loqui possumus. Differentia namque Cuborum in numeris, est numeris, in Solidis geometriis, est solidum, ut in exemplo adducto triplum radicis 5, quod est 125, est solidum, cuius basis est quadratum, a latere quod est 1, et altitudo ipsius, est 25, et sic figura quadrata univallis facit 1, sic hoc ipsum quadratum 1, in altitudinem 25 ductum, non aliud producit solidum quam 125, sic etiam 75, triplum, nesciunt quantum ejusdem radicis 5, ductum in altitudinem 1, producit solidum 75. Unius igitur initia addita est Cubus, cuius latus est 1. Diximus autem initio hujus articuli duo haec solidi 125 et 75, equivalentem sex solidis, minus enim, quod est 125, uniuale est tribus solidis quorumquilibet est 5, et majus solidum 95, et uniuale est tribus alijs solidis equalibus, quorum quodvis est 25. Atque bat ratiocine, si opus esset, ratiocinari liceret de illis, de quibus diximus, Divisoribus. Sed bac loco hoc sufficere judicamus.

Quod se cui hec Responsio nec dum sati faceret, ab hoc facilius adbutus expediremus, dicendo, praeproxius Analytos nequam necesse esse, plures uno constitueri Divisores, sed omnino sati esse, (maxime si opus Analysis aliquandiu continuetur, et aliquota figura radicis jam inventa sint) si adhibeatur Divisionum maximus, qui semper uno Gradu cedit Potestati, ac propterea si ipse ad Potestatem applicetur, prodituram Longitudinem, novamque, pro radice assamplam, figurant. Et solum attendendum esse, circa initium operis, ne Quotus divisionis accipiatur justo major, id quod rerum intelligens facile cauebit. Reliquos vero numeros, qui alioquin Divisorum nomine veniunt, ideoponi ut ad manus sint, in quas inventa nova figura, ejusque Potestates ducantur, ad constituendas magnitudines ablatitias. Exempli gratia, in Formula septima, ubi ex reliquo Cubi resolvendi supracitato, nimis ex 584.088.477, nova queritur pro radice figura, Divisores sunt 13860, et 64033200, quorum minor ad negocium divisionis parvum ad rem facit, ac proinde merito omittitur, soloque majore, qui hic est maximus, adhibito, dico 6 in 58, vel 64 in 584 quoties? Et sic de altioribus Potestatibus etiam dicendum.

Hac

Hæc letgo sunt quæ Capite Texto Tnoltra^A Arithmeticæ, olim Auditoribus nostris tradidimus. Se qui jam deberet ratione ordinis Tabula, de qua initio diximus, Quadratorum & Cuborum, verum certas ob causas ad finem hujus Appendixis eam rejectimus.

CAPUT III. DE CONSTRVCTIONE, Continuatione, & Vsu Tabularum Quadratorum & Cuborum.

Solent illi, qui numeris non multum affueti sunt, cum plures videant paginas integrarque volumina solis illis numerorum characteres ribus repletae, admiratione abrepti, mox in hac verba prorum pereat. Ad quid tot numeri? Quod si reciderint, ususque Tabularum numerorum ipsi urriserit, proximum est, ut Constructionem tabularum sic fabricam desiderent. Quod cum nostris Tabulis Quadratorum & Cuborum accidere etiam posse judecaverimus; hoc & sequentibus Capitibus trahimmo spectacoris aliquotmodo factissimare volumus.

ARTICVLVS I.

Constructio Tabularum Quadratorum & Cuborum.

Construximus Tabulam illam, primo quod ad numeros Quadratos attinet, per continuam numerorum imparium omium, ab unitate incipientium, ordineque naturali progredientium (sunt enim Quadratorum differentiae) additionem, donec ad Quadratum 100; 100, 000, perveniremus, juxta modum quem docet Clavius noster, in fine libri octavi suæ Geometriæ Prædictæ.

Cuborum vero ordinem confecimus similiter ex Cuborum, sibi immediate succendentium differentijs; quas ex progressionis Arithmetica, ab unitate ortum ducente; & per senarium perpetuū excrescente, juxta ea quæ Clavius eodem loco docet, elicuimus.

ARTICVLVS SUI IIII.

adhibita est Tabula Continuatio.

Si penultimum Quadratum numerum in Tabulis nostris possumus ab ultimo substraxeris, hoc est 99,080,001 ex 100,080,000, invicem differentiam habet 1,99,999, ultimum nimurum imparem numerum, quare proxime sequens est 100,001; deinde 20,003; tum 20,005, &c. additis igitur 20,001 ad ultimum Tabulae Quadratum, fiet numerus Quadratus 10,020,001, cuius Radix 10,001. Hic quadratus numerus auctus per 20,003, generat Quadratum proximum 100,040,004, cuius Radix 10,002. Et sic de reliquis.

Habent vltinō Quadrato adde duplicitam ipsius radicem & unitatem, & habebis proximum quadratum. Ut si quadrato 100,000,000 cuius Radix est 10,000, & duplicita cum unitate facit 20,001, hoc ipsum addideris, efficies etiam 100,020,001 proximum scilicet quadratum, vt ante.

Sic si penultimum Cubum ab ultimo dempseris, videbatur 999, 299,989,999 ab 1,000,000,000,000, manebit differentia Cuborum 299,970,001; deinde multiplicata radicem majoris Cubi, quae est 10 000, per 6, habebis ultimum progressionis per 6 excrescentes terminum, nimurum 60,000, quare proxime sequens erit 60,006, deinde 60,012, tum 60,018 &c. Additis igitur 60,000 ad prædictam differentiam Cuborum, & summa, quae est 300,030,001, ad ultimum Tabulae Cubum, fiet numerus Cubicus 1000,300,030,001, cuius Radix 10,001. Hic Cubus auctus summa, quae fit ex additione numerorum 60,006, & proxime collecti 300,030,001, generat Cubum proximum 1000,600,120,008, cuius Radix 10,002. Et sic de reliquis.

Aut certe quando Tabula Numerorum Quadratorum jam continuata habetur, colligantur unam summam triplicata radice, & triplicatum ipsius quadratum, summa enim aucta unitate, addita Cubo ejusdem radicis, proxime majorem constituit Cubum. Exempli causa ultima radix est 10,000, ejus quadratum est 100,000,000, ac proinde numeri hi triplicati sunt 30,000 & 300,000,000, carumque summa aucta unitate facit 300,030,001, quae addita ad ultimum cubum 1000,000,000,000 constituit proxime majorem 1000,300,030,001.



ARTICVLVS III.

Regula ex quibus certo cognoscitur, quinam ex numeris fortuitò propositis, nec Quadratus, nec Cubicus esse possit.

Regulis hinc solū indicamus, quis numerus ex fortuitò oblatis, nec Quadratus nec Cubicus sit. Non autem ex hoc concludimus; aut affirmamus numerum qui proprietates omnes in Regulis recensitas habuerit, eum necessario Quadratum, aut Cubum esse: Sed negativè tantum afferimus eum, qui proprietatibus hinc caruerit, neque Quadratum, neque Cubum esse posse; rem tamen que sua nec careat utilitate, nec ulteriori speculazione. Incipimus autem à Quadratis.

REGULA I. Numerus cujus ultimus terminus, vel quod idem est, cuius ultima figura est 2, vel 3, vel 7, vel 8; non est numerus Quadratus.

2. Numerus cuius ultima figura est 0, & penultima alia quam 0; vel si est 0, proximè antecedentes, sive cyphræ numero impares; non est Quadratus.

3. Numerus cuius ultima figura est 1, vel 4, vel 9, & penultima alia quam 0, vel numeri paris, non est Quadratus.

4. Numerus cuius ultima figura est 5, & penultima alia quam 2; non est Quadratus.

5. Numerus cuius ultima figura est 6, & penultima alia quam numeri impares; non est Quadratus.

6. Numerus cuius Proba per 9, alia est quam 0, ^{vel} 4, vel 7; non est Quadratus.

7. Numerus impar, qui abjecta unitate, per 8 non est numerabilis; non est Quadratus.

Quod verò propositus per accidens numerus, non sit Cubicus, sequentes docebunt Regule.

1. Numerus cuius ultimæ figuræ sunt Cyphræ, & per ternarium non exactè mensurabiles; non est numerus Cubicus.

2. Numerus cuius ultima figura est 2, vel 6, & penultima alia, quam numeri paris, non est Cubus.

3. Numerus cuius ultima figura est 4, vel 8, & penultima alia quam 0, vel numeri paris, non est Cubus.

4. Numerus cuius Proba per 9, alia est quam 0, vel 1, vel 8; non est Cubus.

Plures afferri possent Regulas, earundemque rationes à priore, sed benunc sufficiant; eis enim omnes manere in nostris Tabulis propositi, testimoniū veritatis dabunt, rationemque à posteriore.

ARTICVLVS IV.

Numeros omnes in Tabulis nostris, Radicum, Quadratorum & Cuborum, facilimè unam in summam colligere.

1. **R**adicum omnium summa sic habetur. Adde primam quæ est 1 , ad ultimam $10,000$, & summam $10,001$ duc in medietatem numeri multitudinis Radicum, hoc est, in $5,000$, & habebis $50,005$, 000 summam Radicum omnium.

2. Quadratorum autem summa colligitur, si summa Radicum addatur ad productum ex numero multitudinis Radicum unitate aucto, in maximum sive ultimum Quadratum, & hujus summæ accipiatur pars tertia. Numerus Radicum unitate auctus est $10,001$, maximus Quadratus est $100,000,000$, ac proinde numerus productus est $1,000,100,000,000$, qui additus ad Radicum summam, nimurum ad $50,005,000$ facit $1,000,150,005,000$, cuius tertia pars $333,383,335,000$, est summa omnium numerorum Quadratorum.

3. Cubicorū deniq; numerorū summa invenitur, si eadem summa Radicum $50,005,000$ in se ipsam ducatur, vt fiat: $2,500; 500,025; 000,000$. Hæ ergo tres summæ simul, faciunt $333\ 383\ 335\ 000$ summam omnium numerorum in Tabulis nostris contentorum, vide licet: $2,500; 833; 478; 340,000$

Rationes barum Regularum habentur apud Fran. Maurolycum Lib. 2. Arithmetorum, & post illum apud Claudium Gasparem Bachetem, in Appendice ad Librum de Numeris Polygonis Diophanti.

ARTICVLVS V.

Vsus ejusdem Tabulae.

Generalis ipsius vsus est, vt data quavis Radice, ab 1 , usque 10000 , exhibere ipsius liceat & Quadratum & Cubum: & contra, dato quovis Quadrato & Cubo, quorum ille octo, hic vero duodecim figuris major non sit, ejus Radicem invenire. Res quæ pluribus non indiget verbis: In quolibet enim ordine transverso, post Radicem sequitur ipsius Quadratus, deinde ejusdem Radicis Cubus.

Quod si data Radix major sit, atque numerus Quadratus, vel Cubicus praedictum figurarum numerum excedat, nihilominus Tabula magnum nobis afferet compendium, vt constare potest ex ijs, quæ de Genesi & Analyti Potestatum præmisimus. Ope enim Tabulae quatuor puncta simul, instas primi, momento quasi temporis licet expedit.

CAPVT

C A P V T IV.

*De usu Tabula Quadratorum & Cuborum particulari,
circa Numeros proportionales.*

 *Vemadmodum usus Tabula generalis est unicus, sic particulares sunt infiniti; quidquid enim operationum per Radices, earumque numeros Quadratos & Cubos fieri potest, hoc totum ad usus spectat Tabulae particulares: nos & in hoc, & in sequentibus Capitibus, exempli quasi gratia aliquot usus proponemus, ortum ducendo a Numeris continuè proportionalibus.*

ARTICVLVS I.

Inventio numerorum Proportionalium.

Quomodo hi numeri crecentur per semiem continuam, satis constat: Terminus enim datus quivis si ducatur in denominatorem proportionis, proximum producit Terminum: ut si 16 deatur pro termino proportionis dupla, cuius denominator est $\frac{1}{2}$, sive 2, si 16 ducatur in 2, fit 32 proximus terminus; & hic rarsus in 2 ductus, facit 64 tertium terminum. Sic in proportione subdupla, cuius denominator est $\frac{1}{2}$, si 16 ducatur in $\frac{1}{2}$, fit 8 secundus terminus; & hic denuo ductus in $\frac{1}{2}$, facit 4, tertium terminum. Et sic de reliquis Denominator autem proportionis habetur in Quoto, quando terminus sequens dividitur per antecedentem.

ARTICVLVS II.

Datis Extremis, invenire Medios numeros proportionales.

TAbesse suum hoc loco produnt usum: Si h[ic] termini dati extremi 16 & 16384, & quadratur unus medius. Productum datorum terminorum in se mutuo ductorum, quod est 16777216, quare in Tabula inter numeros quadratos, Radix enim ipsius, quae est 4096, est medius terminus quæsitus.

Vel divide majorēm datum terminū per minorem, & Quotientem qui est 16, radicem quadratam, quae est 4, duc in minorem, hoc est in 1024, & produces etiam 4096.

Sint jam inter 2048 & 16384 ponendi duo medij proportionales;

les : alterutrius terminidati quadratus (qui habetur ex Tabula) ducatur in alterum , radix Cubica producti est medius , & proximus seu continuus illi extremo , cuius quadratus assumptus est. Assumatur numerus quadratus , verbi gratia , minoris , qui est 4194304 & ducatur in terminum majorem , & productus numerus 68719476736 , quadratur in Tabula inter numeros cubicos , Radix enim ipsius 4096 est minor medius proportionalis . Hi duo , minor scilicet datus , & jam inventus continuati , per supra dicta Articulo 1. exhibent alterum medium , nimurum 8192 , erubetque quatuor proportionales isti ,


$$2048 \cdot 4096 \cdot 8192 \cdot 16384.$$

Quod si majorem extremum terminum divisieris per minorem , & Quot , qui in exemplo dato est 8 , radicem cubicam , quæ est 2 (& est denominator proportionis) ibi minorem , hoc est in 2048 , duxeris , habebis rursus , & alio modo minorem medium proportionalem numerum , scilicet 4096 , qui iterum in 2 ductus , producit 8192 , majorem medium proportionalem .

Quando numeri inter Quadratos aut Cubos in Tabula præcisè non invenirentur , accipiendi sunt proximi , & adhibenda appropinratio , de qua supra Articulo 9. Captitis primi .

A D D I T I O N E

Dissimulandum non est , ea quæ hoc Articulo præscripsimus , ut & plura alia , quæ per Numeros Quadratos , Semiquadratos , & Cubos &c. habentur , longe facilius per Logarithmos dari . Quare ne actum agere videamus , difficilioraque faciliorum loco hominibus obtrudamus , plura non addimus . Hæc autem propter Cubi duplicationem , in gratiam Optimi cuiusdam nostri Amici , ac Partenoris suorum troni Singularis posuimus .



C A P V T V.

D E V S V T A B V L E
Numerorum Quadratorum & Cubicorum, pro
constructione Virgarum Stereometricarum; & pri-
mo de Virga Quadratica.

Habent hæc Tabula peculiarem etiam usum, pro fabrica Regularium seu Virgarum Stereometricarum sive Mensurarum, quibus capacitatem solidorum viriariorum mensurare solemus. Que quidem duplices sunt generis. Primum dicitur Quadraticum, cum per numeros quadratos, seu Latera varie multiplicatarum figurarum perfectè Quadratarum fiat. De quo solo hoc Capite tractare constituimus. Inservit autem eadem doctrina ad lineas Geometricas in sua puncta dividendas, pro Circinio proportionalibus. Ut verè Stereometria visu sit, punctorum in hisce virgis designatus numerus, multiplicandus est per alium adhuc linearem numerum. Quod sic per compendium practicum in mensuratione doliorum, eo quod in ipsis virgis bi numeri lineares, per partes aequales, descripsi sint.

A R T I C U L V S.

In data Virga Centum Lateralia seu Puncta, ex Tabulis excepta accurate designare.

Habito primo latere, quod primam vocant diametrum, quæ quomodo invenienda sit legantur Auctores, hac de re scribentes. Pro Circino proportionali sumitur ea ad libitum, reliqua latera, quorum extremitas puncta vocabimus, habentur ex nostra Tabula hoc modo.

Prima diameter dividenda est in partes aequales 1000, finis ipsarum est primum punctum; hujus numeri Quadratus est 1000,000, qui multiplicatus per numerum, punctum in Virga describendum denominantem, producit numerum, qui in sua radice quadrata exhibet partes millesimas, ab initio Virgæ usque ad terminum puncti proposti numerandas.

Exempli gratia volo habere secundum punctum: duplico ergo 1000,000, ut faciam 2,000,000, cuius radix quadrata ex Tabula est 1414+, hoc est, 1414 & aliquid plus, seu 1415-, hoc est, 1415 & aliquid minus; nam 2000,000 præcisè non habentur in Tabula inter numeros quadratos, pro eo ergo assumitur quadratus 1999,396, vel 2002,225, eorumque radices 1414, vel 1415. Acceptis igitur ultra primum punctum (quod diximus constare partibus aequalibus 1000) parti-

partibus 414, habebimus secundum punctum. Idem quadratus primi puncti 1,000,000 triplicatus, facit 3000,000, cuius radix proxima est ex Tabula 1732+, vel 1733-; has partessi à termino virgæ; vel 1732+ sive 233- à primo punto numeraveris, habebis tertium punctum, & sic de reliquis. Atq; hac ratione invenies pro septimo puncto (accipiendo radicem quadratam ex 7000000) partes 2645+, vel 2646- numerandas à termino virgæ; vel à quarto punto (quod præcisè invenitur partium 5000) partes plus quam 645, vel minus quam 646 numerandas. Pro 12 punto invenies 3464+, vel 3465-. Et sic reliqua omnia, usque ad 100 puncta inclusive, habebis ex hac Tabula.

ARTICVLVS I.

In linea virga decies milie puncta designare.

Si habere volueris plura puncta quam 100; Inveniens per occurram istam methodum dictis 100 punctis, cogite primam diametrum, divisam esse, non ut ante in 1000 partes æquales, sed in 100 tantum (quod satis erit nisi diameter prima magna fuerit) quadratus ergo hujus centenarij, qui est 10,000, multiplicari potest per omnes numeros, à binario usque ad 10,000, ita ut ultimus multiplicatus quadratus sit 100,000,000; sic & puncta poteris habere decimè millia.

Exempli gratia, cupio habere punctum centesimum decimum tertium, multiplico 10,000 per 113 sunt 1,130,000, ejus Radix quadrata ex Tabula proxime est 1063+, vel 1064-: Número ergo à termino centesimi puncti, partes 63 vel 64, & habeo punctum propositum centesimum decimum tertium.

Petatur deinde punctum novies millesimum ducentesimum trigesimum septimum, multiplico 10,000 per 9237 sunt 92,370,000; ejus radix quadrata ex Tabula est 9610+, vel 9611-. Quare si numeravero ab initio virgæ partes 9610+ vel 9611-, aut certe à puncto novies millesimo ducentesimo decimo sexto, partes 10+, vel 11-, habebō punctum propositum 9237. Plura hac de re vide infra Articleculo 5.

ARTICVLVS II.

Numerationis partium Compendium.

VT vero scias à quo proximo punto, cuius numerus in Tabula præcisè habetur, numerare debeas, ut jam monui de puncto novies millesimo ducentesimo decimo sexto: à radice in Tabula inventa, sive à numero partium ab initio Virgæ numerando, abijce duas ultimas figuræ, quando prima diameter in 1000 partes divisa fuit; si in 1000 partes

partes divisa fuit, abijce tres figuræ, &c. reliquæ figuræ; aut figurarum ex Tabula accipe quadratum, hic enim denominat punctum quæsิตum, à quo figurae abjectæ numerandæ sunt.

Exempli gratia, paulo ante inventa est radix 9610+, vel 9611-, abijcio duas ultimas figuræ, hoc est 10, vel 11 (quia prima diameter divisa est tantum in 100 partes) reliquæ sunt 96, hujus numeri quadratus ex Tabula est 9216, à punto ergo novies millesimo ducentesimo decimō sexto facienda est numeratio, partium nimirum 10+, vel 11-, illarum scilicet figurarum, quæ prius abiecisti.

Nam si numerus punctum denominans quadratus est, habetur ejus radix præcisè, ac proinde non expedit cum fastidio & labore numerationem ordiri ab initio virgæ, sed à proximo puncto præcissè invento.

ARTICVLVS IV.

Per punctorum seu laterum inventorum replicationem seu repetitionem, nova alia & plura puncta invenire.

Latus primum sive prima diameter, repetenda est per longitudinem virgæ dividendæ, tocties quoties potest, & puncta imprimenda. Prima etenim diameter seu latus, dat primum punctum vel divisionem latitudine; bis sumpta diameter, dat quartum punctum; ter posita, dat nonum punctum; quater sumpta, dat decimum sextum punctum; & sic per omnes numeros quadratos, ita ut radix in Tabula indicet numerum quoties diameter sumpta fuerit, & quadratus ipsius numerum puncti, seu lateris de novo inventi.

Imo invento punto secundo, poteris longitudinem ipsius ab initio Virgæ, eodem modo per totam longitudinem ejusdem virgæ repetere; bis enim sumpta, ostendit punctum bis quartum, idest octavum; ter sumpta, ostendit punctum bis nonum, idest decimum octavum; quater sumpta, dat punctum bis decimum sextum, idest trigesimum secundum, & sic per omnes duplicatos quadratos.

Idem dic de punto tertio; ipsius enim longitudine bis sumpta, dat punctum ter quartum, idest duodecimum; ter sumpta offert punctum ter nonum, seu Vigesimum septimum; quater sumpta, producit punctum ter decimum sextum, sive quadragesimum octavum. Et sic per omnes triplicatos quadratos; atque adeo per omnia alia puncta, ac numeros quadratos per denominationem punctorum multiplicatos. Atque haec valde utilia sunt, ad virgas mensorias jam constructas examinandas, an rectè divisiæ sint, &c.

ARTICULUS V.

Plurium punctorum accurata inscriptio.

Notandum autem est, si multa puncta habere voluerimus, ut in exemplo nostro decem millia, cum Tabulae nostrae plures non contineant quam decem mille numeros, & priora puncta satis inter se distent, ex posterioribus necessario aliquot in eandem incidere debere radicem, ita ut inter duo puncta proxima, neque unitatis, seu unius centesimæ particulæ differentia invenienda sit. Quare & prima diameter minimum in 1000 partes distinguenda erit; quod si factum fuerit, ultra centum puncta Tabulae nostræ non exhibent, ut ex Articulo 2. constat. Alia ergo puncta per Analysis invenienda sunt, ad quam ut suo loco monuimus, Tabulae plurimum juvant.

Sit enim exempli gratia, punctum inveniendum 9237, primæ ergo diametri in 1000 partes divisæ Quadratus est 1,000,000, qui ductus in propositum punctum facit 9,237,000,000: priorum ergo 8 figurarum, hoc est ipsorum 92370000 radix quadrata proxime minor ex Tabula est 9610, cuius quadratus 92352100, subtractus ex dictis 8 figuris residuum facit 7900: ex quo per duplam radicem inventam, hoc est, per 19220, tanquam divisorem, ex ijs quæ de Analysis diximus, inveniemus pro nova radicis figura novenarium, ita ut ulteriori calculo opus non sit; prout operatio hic posita indicat:

$$\begin{array}{r}
 9 \ 2 \ 3 \ 7 \ 0 \ 0 \ 0 \ 0 \\
 9 \ 2 \ 3 \ 5 \ 2 \ 1 \ 0 \ 0 \\
 \hline
 9 \ 6 \ 1 \ 0 \\
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 1 \ 7 \ 8 \ 0 \ 0 \\
 9) \ 1 \ 9 \ 2 \ 2 \ 0
 \end{array}$$

Erit ergo radix hoc modo inventa 96, 109, sive 9610⁷ partium, determinantium punctum nongentesimum ducentesimum trigesimum septimum.

Sat commode autem 1000 puncta describere licet, si diametrum in 1000 partes divisorimus, & per supradictam Analysis adhuc unam figuram radici in Tabula inventæ adjecerimus, punctum enim nongentesimum nonagesimum nonum, requirit partes millesimas numerandas ab initio Virgæ 31607; punctum proximum & una unitate minus, requirit partes 31591, ita ut differentia notabilis sit partium scilicet millesimarum 16. Possimus quidem per eandem analysis & adhesionem unius tantum figuræ, habere puncta decem millia, ultimam tamen & proxima puncta differunt inter se tantum 4 vel 5 partibus millesimis primæ diametri. Sed erit fortasse quem non terrebit tam parva differentia.

ARTI-

ARTICULUS VI.

*Prima diametri aliorumque laterum, in alijs puncta facta sunt
laterum partes, subdivisio invenitur.*

SIT vice versa primum latus huc prima diameter non augenda atque multiplicanda, sicut hactenus factum, sed contra imminuenda subdividendaque; assignanda sit videlicet ijsius pars media, vel partes quartæ, octavæ &c. tertia, quinta, vel quævis alia aut alia. Hac efficiemus si numerus quadratus partium, in quas subdivisa intelligatur prima diameter, vel aliud latus propositum, per numeratorem rationis proposita multiplicetur, & productus per denominatorem dividatur; Quotient enim radix quadrata ostendit partes, ab initio Virgæ seu diametri numerandas.

Exempli gratia, volo habere medium partem, & sit prima diameter divisa in 1000 partes, harum Quadratus est 1;000,000, ipsius medietas 500,000, cujus radix quadrata est 707+ vel 708- numerus partium ab initio pro media diameter numerandarum. Sic per quartam partem diameter invenies partes numerandas præcise 500, cum sit radix quadrata ex 250,000, quartæ scilicet partis ex 1000,000. Si vis habere partes numerandas pro $\frac{1}{3}$ diametri, cundem quadratum 1000,000 multiplicat per 3, & divide productum per 4, & invenies 750,000 cujus radix quadrata ex Tabula est 866+, vel 867+, numerus partium quæsitarum. Et sic de reliquis.

Has partes laterum integrorum, vel ut sic dicam, plurorum, multiplicare, ac per totam Virgam ultra primam diametrum replicare, atque extendere poteris, juxta supra tradita Articulo 4, quantum placuerit, ut habeas per totam virgash, medietates, quartas partes &c. nihil enim novi venit præcipiendum. Immo si prima quartæ pars verbi gratia, ponatur prima aliqua ac nova diameter, eaq; in 1000 vel nova partes subdividatur, poteris per supradicta invenire secundam, tertiam, & reliquias quartas partes, usque ab plura multiplicari.

ADDITIONES.

Possunt hæc omnia ostendi & describi per lineas, atque geometricè, sed nobis propositum est non nisi usum tantum aliquem practicum ostendere Tabularum; quare reliqua consulto omittimus.

C A P V T VI.

D E C O N S T R V C T I O N E

Virgarum Stereometricarum illarum, quas
Cubicas vocant.

Alteram genus virgarum Mensiorum est propriet Stereometricum, & vocantur virgæ illæ Cubicae, eo quod puncta in illis per numeros Cubicos, sive latera Cuborum varie auctorum designentur. Habetur divisio illa seu ordo punctorum in Circinis etiam Proportionibus, sub titulo seu denominatione Linearum Stereometricarum: & sic ut sequitur.

A R T I C V L V S . I.

In data virga mille latera sive puncta, ex Tabulis de-
sumpta, accurate annotare.

Virga mensoria Cubica distinguitur in sua puncta ex Tabula per numeros cubicos, quemadmodum Quadratica per numeros Quadratos. Itaque data prima diameter dividatur, ut supra, in partes æquales 1000, cuius numeri Cubus est 1,000,000,000, qui multiplicata per numerum punctum signandum denominantem, facit productum a cuius radix Cubica dat numerum partium, ab inicio virgæ usque ad finem propositi puncti computandarum.

Exempli gratia, volo habere longitudinem in virga dividenda, ab inicio ejus usque ad secundum punctum mensurandam. Duplico ergo 1,000,000,000, ut faciam 2000,000,000, cuius radix cubica ex Tabula est 125,9+, vel 1260-, accipio ergo ultra primum punctum (quod habet partes 1000) partes 259+ vel 260-, & sic definio terminum secundi puncti. Idem deinde Cubus primi puncti triplicatus facit 3000000000, cuius radix Cubica ex Tabula proxima est 1442+, vel 1443-; has partes si ab inicio Virgæ, vel 442 à descripto primo punto numeraveris, habebis tertium punctum. Et sic de reliquis.

Atque hoc modo invenies pro decimo tertio puncto (accipiendo ex Tabula radicem Cubicam ipsorum 13,000,000,000) partes 2351+ vel 2352- ab inicio Virgæ, vel ab octavo puncto (quod ex Cubo 8000,000,000, præcisè invenitur partium 2000) partes 351+, vel 352- numerandas. Pro trigesimo puncto invenies partes 3107+, vel 3108-. Et sic ex hac nostra Tabula Cuborum, habebis puncta omnia, usque ad millesimum inclusivè.

ART I-

ARTICVLVS II.

Data Virga plura puncta inscribere.

Quod si ex eadem Tabula plura puncta pro tua Virga mensoria a liove vnu cupis eruere, expediet primo per jam præscriptam accuratam rationem, puncta 100 in ea designare: deinde primam diametrum quam divisam habebas in 1000 partes, assime jam 100 tantum partium; quæ divisio alicui fortassis satis adhuc accurata videbitur, pro communibus virgis mensorijs. Cum ergo Cubus hujus primæ diametri seu puncti 100 partium, qui est 1,000,000, multiplicari possit, à binario incipiendo, & per seriem naturalem progrediendo, usque ad 1,000,000, ita ut ultimus Cubus per 1,000,000,000, multiplicatus, sit 1,000,000,000,000; constat nos ex nostra Tabula posse habere 1,000,000, sive unum millionem pondorum.

Exempli gratia, cupio habere punctum bis millesimum tercentesimum quadragesimum quintum, multiplico Cubum primæ diametri, hoc est 1,000,000 per numerum puncti proposici, idest per 2345, producti 2,345,000,000 quæro in Tabula radicem Cubicam, & invenio proximam esse 1328+, vel 1329-; atque tote partes centesimas numero ab initio Virgæ, vel à puncto millesimo partes 328+, vel 329-, & habebo punctum propositum 2345.

Petatur deinde punctum centies vicies ter millesimum quadragesimum quinquagesimum sextum; multiplico rursus primum Cubum, qui est 1,000,000 per numerum puncti proposici, idest per 123,456, & productum, qui est 123,456,000,000, quæro inter Cubos in Tabula, & invenio proximam correspondentem radicem esse 4979+, vel 4980-; quare si numeravero tot partes ab initio virgæ, aut à puncto centies decies septies millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, partes 79+, vel 80-, habebo punctum propositum 123,456. cum.

ARTICVLVS III.

Compendiosa partium numeratio.

VT autem constet, quando numeratio non ab initio Virgæ instituenda est, à quo proximo punto, præcisè invento, incipientum, & quot partes numerandæ sint, doctrina supra Capite precedentí Articulo 3. de Quadratis data, hic Cubis applicanda erit. A Partibus enim inventis ab initio Virgæ numerandis, abijciendæ sunt binæ figuræ (cum prima diameter sit in 100 tantum partes divisa; tres essent abijciendæ, si in 1000 &c) reliquarum Cubus est qui denominat punctum, & figuræ abjectæ indicant partes numerandas.

Vt

Ut in proximo exemplo diximus ut partes 79+ aut 80= numerantur à puncto 117,649. Nam partes inventæ & ab initio Virgæ numerandæ erant 4979+, vel 4980-, quare abjectis figuris binis 79 vel 80, reliquarum 49 Cubus, qui est 117649, indicat punctum, à quo partes (quas abjectæ figuræ denotant) 79 vel 80 numerandæ sint.

A R T I C V L V S IV.

Inventorum punctorum seu laterum replicatio.

SED & ea quæ Capite præcedenti Articulo 4. præmisimus de Quadratis, in Cubis vera sunt. Prima enim diameter replicata ostendit in Virga puncta omnia, quæ à Numeris Cubicis denominantur, prima scilicet denominatur ab 1, primo videlicet Cubo; secunda ab 8, qui est secundus Cubus; tertia à 27 Cuba tertio; quarta à 64; quinta à 125. & sic de reliquis, et hoc in serie naturali per cubos multiplicatis. Quæ, ut supra monasimus de Quadratis, non solum compendium præbet constructioni Virgarum, sed etiam valde apta sunt, ad explorandum tan Virgæ jam constructæ secundum artem in sua puncta præcisè distingue sinec. In gratiam autem Austriacorum, qui virga Cubica ad sua vasa seu dolia vinaria metienda utuntur, subiiciemus in fine hujus capituli Tabulam indicantem, ex quibus punctis jam de descriptis, per replicationem, alia, & qualia describenda haberi possint, usque ad millesimum.

A R T C V L V S V.

Plurium punctorum accurata descriptio.

MOnendus autem & hic lector est, plura ex illo millione punctorum (quas ex Tabulis haberi posse asseruimus) in idem incidere, ita ut inter illa nulla differentia sit, quando diameter prima, centum tantum assumitur partium; immo notandum est, etiam si prima diameter in 1000 partes secerit, nihilominus tamen ex ultimis punctis aliqua per paucis partibus millesimis, immo plura etiam omnino nihil inter se differre, sed in idem incidere. Quod clarum est ex ipsa multitudine punctorum, cum enim Tabulae non plures radices continent quam 10,000, nos autem ex ijs excerpere velitus radices pro punctis 1,000,000, necessario una eademque radix, pluribus debet inservire punctis.

Quare

Quare si omnino constituisse numerum punctorum inveniendorum millenorum nullum; tunc prima diameter nulla ratione in partiores dividi debet, quam 1000 partes, quod si factum fuerit erit ipsius Cubus 1,000, 000,000; qui multiplicatus per numerum maximum punctorum inveniendorum, idest, per 1,000,000 facit 1,000; 000, 000;000,000, cuius numeri radix Cubica est 100, 000, quæ cum non adæquet millionem, colligitur etiamsi haberemus Tabulam tot radicum, adhuc eam non satisfacturam proposito nostro. Deberet ergo esse Tabula quæ minimum haberet decem millions radicum, ut ex ea exceperecet millio punctorum; ac proinde illi, qui nollet construere talam Tabulam, radici inventæ ex nostris Tabulis, per Analysis adiçit endæ essent figuræ minimum ternæ, quod similiter foret laboriosum.

Quærenti ergo quot puncta quis commodè designare possit ex nostris Tabulis, adiçiendo radici inventæ vnicam tantum figuram, (quod nullo quasi negotio fit, vt mox dicemus) & dividendo primam diametrum in partes 1000 & Respondeo ultra 1000 puncta accurate non dari. Esto enim velimus habere decem millia punctorum, tunc pro ultimo inveniemus radicem, sive partes millesimas 21544+ : pro penultimo habebis numerum 21543+ ; pro antepenultimo reperies 21542+ &c. ita ut aliquot ultimorum punctorum differentia major non foret quam unius alteriusve partis millesimæ. Consulendum ergo est vt, aut plures figuræ per Analysis invenias, aut mille punctis contentus sis; imo ut mille puncta accurate in Virga describas suradeo, ut non nisi trecenta puncta immediate ex Tabulis desumas; (maxima enim differentia ulteriorum punctorum immediate fœse sequentium octo partes millesimas non excedit) & reliquis unam figuram addas.

Vna autem figura facilissimo negotio adiçitur hoc modo: A Cubo, ex quo habetur radix, seu partes millesimæ, per quas punctum datum ab initio Virgæ descriptum est, subtrahatur accuratus Cubus earundem partium ex Tabula desumptus, residuo tanquam dividendo subscribatur pro dividente, triplicatus quadratus earundem partium (qui mente triplicatur in ipsa Tabula Quadratorum) ita ut ultimæ figuræ residui seu dividendi, respondeat penultima illius tripli seu divisoris; ex hoc dividente & suo suprascripto collige Quotum, ipse enim est figura quæsita: neque alijs calculis opus erit.

Exempli gratia partibus millesimis 6694 per quas trecentesimum punctum descriptum est, volo adiçere unam figuram. Calculus sic habet:

3 0 0 0 0 0 0 0 0 0 0
2 9 9 9 5 5 7 0 3 3 8 4

Cubus puncti trecentesimi.
Cubus accuratus radicis 6694.

3) 4 4 2 9 6 6 1 6

Residuum.

1 3 4 4 2 8 9 0 8

Triplicatus Quadratus radicis 6694.

Vltimum numerum sive divisorem in suo superiori contineri ter, sine ulteriori calculo, constat, ergo ternarius est figura quæsita; & radix pro

pro trecentesimo punto est partium 66943+, millesimarum scilicet 6694, & $\frac{7}{75}$ vnius millesimæ: & sic de reliquis.

ARTICVLVS VI.

Subdivisio Laterum seu diametrorum.

Quomodo sive prima diameter, sive aliae, subdividenda in proportionatas partes sint; & qua ratione ipsæ partes inventa replicandæ &c. habetur supra Cap. 5 Articulo 6, modo ea, quæ ibi dieuntur de numeris & radicibus Quadratis, intelligas dicta esse de Cubicis.

Supereft ut proponamus Tabulam supra promissam Articulo quarto, que sic habet.

A	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B
1	8	27	64	125	216	343	512	729	1000			
2	16	54	128	256	432	686						
3	24	81	192	375	648							
4	32	108	256	500	864							
5	40	135	320	625								
6	48	162	384	750								
7	56	189	448	875								
9	72	243	576									
10	80	270	640									
11	88	297	704									
12	96	324	768									
13	104	351	832									
14	112	378	896									
15	120	405	960									
17	136	459										
18	144	486										
19	152	513										
20	160	540										
21	168	567										
22	176	594										
23	184	621	42	336	71	568	109	872				
25	200	675	43	344	73	584	110	880				
26	208	702	44	352	74	592	111	888				
28	224	756	45	360	75	600	113	904				
29	232	783	46	368	76	608	114	912				
30	240	810	47	376	77	616	115	920				
31	248	837	49	392	78	624	116	928				
33	264	891	50	400	79	632	117	936				
34	272	918	51	408	82	656	118	944				
35	280	945	52	416	83	664	119	952				
36	288	972	53	424	84	672	121	968				
37	296	999	55	440	85	680	122	976				
38	304		57	456	86	688	123	984				
39	312		58	464	87	696	124	992				
41	328		59	472	89	712						

AR-

ARTICVLVS VII.

Qua latera sive puncta, per præinventorum replicationem haberi possint, à primo usque ad millesimum.

IN hac Tabula Numeri sub A sunt primitivi, sive præinventorum punctorum denominatores, ex quorum replicatione nascuntur illi, qui sub B notantur: Sic vides ex prima diametro, seu primo puncto ortum ducere numeros 8, 27, 64, & omnes illos qui sunt in eo ordine transverso. Ex secundo puncto semel replicato, oritur 16; bis replicato, habetur 54, sive quidquagesimum quartum punctum. Et sic de cæteris. Per istam autem replicationem primitivorum, vel præinventorum punctorum, sine alia nova ex Tabulis radicum inventione, habentur puncta ex mille propositis, centum sexaginta sex. Ut patebit illi qui numeros in Tabula sub B, numerare voluerit. Ipsa vero primitiva sunt 104. Super sunt ergo ex Tabulis inquirenda puncta 730, ut compleamus numerum millenarium.

CAP VT VII.

V S V S LOGARITHMORVM
in Virgarum Sterometricarum descriptione, certarumque Potestatum in suas Radices resolutione.

DE ipsis Logarithmis loquimur hoc loco, quos in Arithmeticâ Logarithmica edidit Adrianus Vlacq, numerorum videlicet absolutorum ab unitate usque ad 100,000. Per eos et si, univer sim loquendo, non licet Radices elicere ex alijs Potestatibus, quam ex ipsis que quinque figuræ non excedunt: ac proinde Tabula nostra Quadratorum & Cuborum, ratione hujus usus nobiliores multo sint, & commodiores; quippe que non solum Potestates resolvendas admittant plurimum figurarum, Cubicas nimirum duodecim, & Quadratas octo figurarum; sed etiam sineulla alia operatione, mox è regione Potestatis radicem questam exhibeant: id quod Logarithmi etiam pro Potestate figurarum paucarum non prestant, cum primo inter numeros absolutos quarenda sit Potestas, deinde Logarithmi correspondentis, pro ratione gradus, accipienda pars, media scilicet

scilicet pro Quadratis, tertia pro Cubis, &c. & tumdemum hac pars inter Logarithmos querenda, eiq[ue] correspondens absolutus numerus loco radicis quiesita accipiendus. Quia tamen in hoc negotio nostro divisionis Virgarum Stereometricarum, Logarithmi Compendium afferunt non contemnendum, à nobis in Tractatulo nostro de Vsu Logarithmorum, ad privatum nostrum commodum conscripto, observatum, id hoc loco adducere opere precium esse judicavimus.

ARTICVLVS I.

Fundamentum ex quo Compendium eruitur.

Numeris absolutis in continua decupla proportione progredientibus, omnibus omnino idem responder Logarithmus; dissimulata nimirum prima figura à sinistris posita, quam Auctor *Characteristica vocat*. Exempli gratia numeri absoluti 7, Logarithmus est 0,84509,80400, idem ergo numerus est Logarithmus etiam numerorum 70,700,7000, 70000 &c. vt patet in Tabulis Logarithmorum; abjecta, ut diximus, seu dissimulata Characteristica, quæ pro numero absq[ue]lato vnius figuræ est 0, duarum figurarum 1, trium 2, numeri quatuor figurarum est 3. & sic deinceps. Cum ergo numeri nostri pro virgis mensorijs, ex quibus tanquam Potestate elicienda est radix, sint tales, qui ex multiplicatione numerorum 10, 100, 1000, & alios decupla proportionis ortum suum ducant, possumus quinque figuras radicis ex Tabulis habere per illos Logarithmos, qui *Characteristicam* producunt, usque ad 4 inclusive; & plures deinde per partem indagare proportionalem. Pro qua re binas proponemus Regulas exemplis illustratas. Regula Prima proximè sequens est.

ARTICVLVS II.

Radicem quinque figurarum, pro utraque virga Stereometrica, sive cuiusvis Potestatis, ex Tabulis Logarithmorum elicere.

AD Potestatis propositæ attende priores figuræ significativas, quæ quidem plures esse non debent, quam quinque, easque, prout in primo Praecepto universalis Cap. I. Articulo 6. docuimus in sua puncta discer-

discerne; si pauciores figuræ quam quinque fuerint, reliquias per appositionem Cyphrarum supple. Has quinque figuræ quære in Tabula Logarithmorum inter numeros absolutos eos, qui respondent Logarithmis habentibus Characteristicam 4, & Logarithmi correspondentes (dissimilata tota Characteristica, si quidem Potestatis propositæ proximum punctum est unius figuræ, si duarum est figurarum, Characteristica maneat, si trium, Characteristica sit 2, si quatuor, Characteristica esto 3, &c.) pro ratione gradus ipsius propositæ Potestatis, accipe partem; medianam scilicet pro Quadratis, tertiam pro Cubis &c. huius parti inter Logarithmos Tabulæ (qui Characteristicam habent 4) quære proximum, numerus enim absolutus huic proximo debitus, exhibet radicem quæsitam. Rerum totam declarabunt aliquot exempla.

Exemplum Primum. Cupio pro secundo puncto Virga Quadraticæ Radicem quinq; figurarum. Figura significativa Potestatis datæ, ejusdemq; tanquam Potestatis 2. gradus, primi puncti, est unica nimurum 2: apponere ergo quatuor Cyphras, ut habeam. 2000. His in Tabula Logarithrorum respondet Logarithmus 4, 30102, 99957, cuius medicas, dissimilata Characteristica, 4, est 15051, 49978, hujus quæro inter eosdem Logarithmos illos, qui characteristicam præferunt 4, & inventi proximum esse 15051, 08329, vel 15054, 15414, ac proinde numerus absolutus correspondens est radix quæsita, videlicet 14142+ vel 14142-.

Quod si ejusdem Logarithmi; 30102, 99957, acceperis tertiam partem, proximum 10034, 33919, invenies per illam numerum absolutum 12999+ vel 12600-, quæ est radix pro secundo puncto in Virga Cubica.

Sic pro tertio puncto, ex Logarithmo respondenti numero absoluto 30900, qui est 4, 17712, 132547 per medietatem ipsius (dissimilata Characteristica 4.) quæ est 23856, 06273, invenies radicem 17320+ vel 17321-, pro tertio puncto Virgæ Quadraticæ. Pro Cubica vero per partem tertiam ejusdem Logarithmi, quæ est 15904; 04182 repentes 14428+, vel 14423-, pro tertio puncto.

Exemplum Secundum. Quæratur jam punctum decimum tertium pro virga Quadratica, Prioris quinque figuræ Potestatis propositæ sunt 13000, & primum punctum ipsius tanquam Potestatis, quod est 23, constat duabus figuris. Logarithmus vero respondens numero absoluto 3000 est 4, 11394, 33523. Characteristica ergo 4 non est tota dissimilanda, sed habenda ut ibac modo 21, 11394, 33523, ita ut modetas totius Logarithmi sic 55497, 16763 quæ cum inter Logarithmos exhibeat proxima numerorum ab solutum 36055+ vel 36056-, erit radix quæsita pro decimo tertio puncto Virgæ Quadraticæ.

Deinde quia ejusdem Logarithmi 1, 11394, 33523, tertia pars est 3713144507, quæ inter Logarithmos dat numerum absolutum 235-1134+, vel 23514- epitis qui iusseris ad inventendum decimum: secundum punctum, in Virga Cubica, sive in triangulo, ut in figura 1. Ex-

Exemplum Tertium. Sit deinde punctum inveniendum centesimum decimum tertium. Potestatis propositæ, figuræ significativæ sunt 113, & faciunt duo puncta in secundo gradu Potestatis, ita ut primum punctum habeat 1, secundum 13, quibus ad complendum numerum quinarium propone duas Cyphras, ut facias 11300, qui in Tabula Logarithmorum dant Logarithmum (abjecta Characteristica 4) 05307, 84435; cuius media pars, hoc est 02653, 92217, tanquam Logarithmus, dat proxime numerum absolutum 10630, quæ est radix pro puncto centesimo decimo tertio, Virgæ Quadraticæ.

Quod si pro Virga Cubica habere velis punctum centesimum decimum tertium, cum figuræ significativæ 113 dent unum tantum ac primum punctum tertij gradus, quod tribus constat figuris, ergo juxta Regulam datam, characteristica tota non est dissimulanda, neque unitas tantum ponenda, sed binarius, ita ut Logarithmus primus sit iste 2, 05307, 84435, cuius tertia pars est 68435, 94811, qui numerus, ut Logarithmus, in Tabula offert numerum absolutum proximum 483-46, pro radice puncti centesimi decimiertij, Virgæ Cubicæ.

Exemplum Quartum. Esto jam inquirendum punctum novies millesimum ducentesimum trigesimum septimum, assumptis figuris 92370, tanquam numero absoluto, respondet Logarithmus 4, 96553. 09436, quia vero primum Potestatis punctum in secundo gradu est 92, duarum scilicet figurarum, adhibenda est ut Characteristica unitas, ita ut medietas propositi Logarithmi sit 98276, 54718, quæ exhibeat inter Logarithmos proximum numerum absolutum 96109, pro radice puncti novies millesimi ducentesimi trigesimi septimi Virgæ Quadraticæ, prout eadem supra inventa est Capite 5. Articulo 5.

Pro Virga vero Cubica, cum figuræ significativæ Potestatis datæ, quæ sunt 9237, ratione tertij gradus offerant pro primo puncto unam tantum figuram videlicet 9, ideo tota dissimulata Characteristica primi inventi Logarithmi 96553, 09436 assumitur tertia pars, id est, 32184, 36478, offerens tanquam Logarithmus numerum absolutum proximum 20982, pro radice quæsita puncti novies millesimi ducentesimi trigesimi septimi, Virgæ Cubicæ.

Exemplum Quintum. Esto denique pro utraque Virga Stereometrica inquirendum punctum nonagesies octies millesimum septingentesimum sexagesimum quintum. Hic numerus cum sitquinque figurarum, & omnes sint significativæ, nimirum 98765, illæ tanquam Potestas quadraticæ accepta, dant primum ejus punctum, unius scilicet figuræ tantum; quare ergo totius numeri Logarithmum, qui est sine Characteristica 994-60, 30681, ipsius vero medietas facit 49730, 15340, exhibentem inter Logarithmos proximum absolutum 31427, pro radice puncti propositi,

Idem vero numerus 98765 acceperus ut Potestas Cubica, dat primum ejus punctum duarum figurarum, nimirum 98. Quare prior Logarithmus, cuius accipienda est tertia pars, assumere debet Char-

acteristica

Characteristicam 1; ut sit 1, 99460,30681, & faciat tertiam partem hanc 664-86,76893, quæ tanquam Logarithmus offert proximum numerum abso-lutum 46224 radicem quæsitam, pro puncto propositæ Virgæ Cubicæ.

A R T I C V L V \$ III.

Radicem plurium figurarum, usque ad decimam inclusivè reperire.

Regula Secunda. Hæc docet qua ratione ad quinque figuras, per primam Regulam inventas, alias habere possimus, unam videlicet, duas, tres, quatuor, usque ad quinque inclusivè, ita ut pro radice, quam quæritamus habere possimus 9 figuras justas, & decimam ita, ut vix una aberret unitate: Fiat autem hoc modo: A Logarithmo, per quem radicem quinque figurarum juxta Regulam primam ex Tabula eristi, quem voco datum, subtrahe proxime minorem, qui quidem ex illis sic qui Characteristicam præferunt 4, & Residuum nota, ut & differentiam inter eundem minorem Logarithmum, ac proxime majorem, quam differentiam ipsa Tabula exprimit. Fiat deinde ut dicta differentia, ad notatum Residuum; ita unitas cum tot Cyphris quot figuræ deside-rantur, ad aliud; & habebitur numerus datis quinq; figuris postponen-dus. Regulam explicabit vel unicum Exemplum.

Supra in Exemplo primo, pro radice secundi puncti Virgæ Quadratæ, per datum Logarithmum 15051,49978 invenimus has quin-que figuras 14142, cupio habere alias quinque. Dato Logarithmo ha-betur in Tabula proxime minor iste, 15051,03329, qui à dato subtra-ctus facit Residuum 41649. In Tabula vero inter eum Logarithmum, & proxime majorem aposita est differentia hæc 307,06. Fiat ergo

ut 307106 ad 41649, ita 100000 ad aliud;

inveniemus per unicam divisionem hunc numerum 13561, qui pos-titus Radici inventæ 14142, componit totum numerum, pro Radice secundi puncti, 1414213561. Quod si ex ipsa Potestate, quæ est 2,00,00,00,00,00,00,00,00,00, extraxeris radicem quadratam, in-venies 1414213562, ita ut differentia non nisi in decima figura sit, eaque unius unitatis tantum.

Pro codem deinde secundo puncto Virgæ Cubicæ inventus est hic numerus 12599, ex dato Logarithmo 10034,33319, à quo subtractus proximè minor 10033,60759, facit Residuum 72560; differentia vero in Tabula est 344692. Quare si fiat,

ad 344692 ad 72560, ita 100000 ad aliud;
habebitur hic numerus 21050, ita ut totus numerus radicis, pso secun-
do puncto Cubico, sit 12599, 21050, cuius Potestas Cubica est 2,000,
000,000,500,635,346,557,625,000; si radix esset una unitate
minor, etiam Potestas minor esset quam 2, cum 27 Cyphris, ac pro-
inde integra unitate à vero non aberrat.

ARTICVLVS. IV.

*Applicatio predictorum ad altiores Potestatum
gradus.*

Corollarij loco addimus Logarithmos afferre maximum compen-
dium pro Analyti carum Potestatum, quæ paucas habent ab ini-
tio figuræ significatiæ, & reliquæ omnes Cyphras: patet hoc vel
proximo exemplo, ubi ex Potestate hac

2,000,000,000,000,000,000,000,000,

quarebatur radix Cubica, inventa est paucis operationibus radix hæc
12599321050, quæ alioquin per longam radicis Cubicæ extractionem
inquiri debuisset.

Si velim habere Radicem gradus quinti; Quadrato-Cubicam
nimirum, sive surdesolidam, ex hoc sequenti numero.

2,00000,00000,00000,00000,00000,00000,00000,00000,

Primum hujus Potestatis punctum est 2, quare ex Logarithmo
primarum quinque figurarum 20000, qui est, 39392, 99957, accipio
quintam partem, nimirum 06020, 59991, inter Logarithmos Tabu-
læ proximè minor (inter eos qui characteristica habent 4) est 060-
163, 88119 dans numerum absolutum 11486: Differentia vero inter
hunc & datum Logarithmum, est 371872, & differentia Tabulæ 37-
8092, Quare ex Regula Secunda facio,

ut 378092 ad 371872, ita 100000 ad aliud;

& habeo alias quinque figuræ, videlicet 98354, prioribus apponen-
das, ut tota Radix surdesolida ex proposito numero, sit 1148698354,
quæ per longam valde & difficillimam extractionem, fuisset inquiren-
da.

Pecatur deniq; Radix Cubicubica ex 98765, cum 54 Cyphris, id est, ex
98765, 000000, 000000, 000000, 00000, 000000, 000000, 000000,

000000, 000000. Cum dñe quinque figura omnes specent ad primum punctum Pot-
estatis juxta doctrinam in prima Regula datam, adhibenda est una cum
Logarithmo Characteristica (quæ pro una figura primi puncti distingui-

lari solet) 4, ita ut Logarithmus datis illis quinque figuris significati-
vis respondens sit 4, 99460, 30681, cuius sexta pars (cum petatur sex-
ti gradus radix) est proximè 83243, 38447, exhibens numerum abso-
lutum 67988; per secundam vero Regulam invenies 24719 ferè, erit
ergo Radix Cubicubica ex supra posito numero, hoc est ex 98765 cum
54 Cyphris, hæc, 6798824719 proximè; quod quis sive per Analysism,
sive per Genesim experiri poterit.

C A P V T VIII.

DE INSTRUCTIONE

Aciei Militaris, prout ea ab Arithmeticō & dari, & peti potest, aliquot Regulæ, inservientes quibus- cunque alijs Rebus ordinate collocan- dis.

Tsi ea, que precedentibus Captibus tractavimus, satis essent ad ostendendum ac comprobandum, tanquam per Exemplum, usum Tabularum nostrarum Quadratorum & Cuborum, ac proinde finis Appendici imponendus fuisset; permoti tamen eorum abortatione, qui Decem Regulas q̄lim Auditoribus nostris exercitū Arithmeticī caussa graditas, sepius describi curarunt, easdem nunc, præsertim cum nonnulla iliarum Tabulis nostris Quadratorum numerorum opus habeant, in commodum ac usum plurimum, coronidis loco supradictis adnectere volamus.

R E G V L A I.

Fuit Extractionis Radicis Quadratæ: de qua satis supra Capite secun-
do in Analysis Potestatum.

R E G V L A II.

Terminorum explicatio.

1. **T**ermini hoc loco cum suis speciebus, & differentijs explicandi sunt isti: *Ordo*, *Manipulus*, *Acies*, *Exercitus*; alij enim, si qui forte occurrere poterunt, suis locis tradentur.

2. *Ordo*, nobis idem est quod Italis & Gallis *Filum*, Germanis *membrum*, sive *Glide*, & est numerus Militicum in longitudinem can-
tum

tum, fili instar porrectus, geometricè enim loquendo ordo ille natu-ram lineæ induit : & duplex est, *Frontalis* scilicet & *Lateralis*, vel se-cundum latitudinem & longitudinem. *Frontalis* est ordo hominum, v-bi unus prope alterum collocatur, respondentibus sibi mutuo lateribus. *Lateralis* vero ordo est, in quo alius post aliud ponitur, respondenti-bus sibi mutuo frontibus ac tergis. *Extremi* vero ordines sunt qua-tuor, frons, tergum, sinistrum, ac dextrum latus.

3. *Manipulus* est numerus ordinum, forma quadrata instructus, communiter longior quam latior, ad incessum ac profectionem ac-commodatus.

4. *Acies* differt à *Manipulo* in magnitudine, figura, ac qualitate militum. In magnitudine sicut pars & totum; ex manipulis enim componitur acies: in figura, quod posit esse & ejusdem cum manipu-lo figuræ, & diversæ, triangularis scilicet, quadratæ perfectæ, plurium angulorum, rotundæ, &c. in qualitate denique differt militum, con-stat enim acies ex hastatis, sclopetarijs &c, cum manipulus plerumq; vnius armaturæ contineat militem. Figura aciei visitatoris duplex est, vel quadrata perfectæ, vel altera parte longior.

5. *Quadratum perfectum* rursus duplex est, *Arithmeticum* & *Geo-metricum*. *Arithmeticum*, quod Itali vocant *quadro seu squadrone di numero di gente*, est quando tot sunt ordines quot milites sunt in uno ordine; quando nimirum extremi ordines quaqua versum eundem nu-merum militum obtinent.

6. *Geometricum* vero, quod Itali vocant *squadro di Terreno*, quan-do Acies instructa præcisè occupat solum perfecte quadratum.

7. Altera parte longior acies etiam duplex est, vel enim est la-tior quam longior, vel contra longior quam latior; & utrumque vel *Arithmeticè*, vel *Geometricè*.

8. *Exercitus* est totum compositum, ex omni eo quod ad prælium spestat, & quantum ad nostrum attinet propositum, ex Aciebus, Præ-sidijs, Alis & Manicis, seu Cornibus, quæ & ipsa quadratæ & oblon-gæ plerunque acies sunt, constat.

R E G V L A III.

De spatio quod uni militum tribuendum.

1. IN peditatu triplices potissimum sunt generis milites; *Hastati* vide-licet, *Moschetary* & *Sclopetary*. *Hastato* tribuuntur tres pedes Geome-trici in latum, sive in ordine frontali, & septem in longum, sive in or-dine laterali. *Moschetario* 4 pedes in latum, & 5 in longum. *Slope-tario* $3\frac{1}{2}$ in latum, & 4 in longum.

2. Ne autem opus sit in necessitate passibus uti Geometricis, & v-nicuique diversæ armaturæ milici tribuere spatiū particulare, aliqui ad ex-

ad explorandum, quam citissime solum sive spatium, in quo exercitum instruere cogitant, an sufficiat scilicet nec ne, gressibus communibus parvuis, quorum quilibet duos pedes minimè excedat, latitudinem & longitudinem soli mensurant; deinde vni militum in communis, cujuscunque sit armaturæ in latum tribuunt duos gressus, & in longum 4. Spatio vero sive viæ inter alas seu manicas diversas, talem assignant latitudinem, ut per eam quicunque ex alis sine impedimento transire possit. Atque ex his deinde secundum regulas infra scriptas de solo judicant.

R E G V L A IV.

De Manipulis, seu Aciebus quadratis, altera parte longioribus, instruendis, dato numero militum, aut ordinum.

1. **D**ato capitum sive militum numero pro Manipulis seu aciebus quadratis instruendis, ex predictis duobus, unum ex numero capitum vnius ordinis, & ex numero ipsorumque ordinum, alterum per se determinatur, alterum vero per divisionem inquiritur. Exempli gratia detur numerus militum sive capitum sexaginta, determinentur autem pro singulis ordinibus capita quinque, & queratur numerus ordinum, divisionis sexaginta per quinque erit quotus duodecim, & tot erunt ordines. Quod si numerus ordinum fuisset determinatus duodecim, divisionis sexaginta per duodecim, haberentur in quoto capita vnius ordinis, videlicet quinque.

2. Sit jam contra constitutum tam de numero ordinum, quam de numero capitum vnius ordinis, queratur autem quot capita ad hoc necessaria sint; tunc numeri determinati inter se multiplicati, dant numerum quæsitus. Exempli gratia, velim habere ordines viginti, & septem capita in uno ordine, & quaram quot capitibus opus sit. Multiplico viginti in septem, & facio centum quadraginta, numerum capitum quæsitus.

R E G V L A V.

De Manipulis & Aciebus quadratis instruendis, pro dato solo seu spatio.

1. **M**ensuranda primum est soli tam latitudo quam longitudo in pedibus Geometricis: deinde latitudo dividenda per numerum pedum,

Dd

dum, quos miles unus occupat in latum; & longitudo similiter dividenda per numerum pedum, quos idem miles occupat in longum, & habebitur ex priori divisione numerus capitum, pro ordine frontali, ex posteriori pro ordine lateral, sive numerus ordinum: qui duo numeri invicem multiplicati producunt omnium militum numerum, qui ad mensuratum spatium occupandum necessarij sunt.

Exemplum. Invenerim latitudinem soli 64 pedum, longitudinem vero 225. velim autem eo in solo collocare hastatos, quorum unus in latitudine occupat, ut supra docui, tres pedes, & septem in longum: divido ergo 64 per 3, & reperio 21, atque tot hastati erunt in fronte, sive ordine frontali; divido etiam 225 per septem, & reperio 32, numerum videlicet ordinum. Multiplicatis vero 21 cum 32 producuntur 672, numerus hastatorum ad occupandum spatium datum necessarius.

2. Quod si pars illa 64 pedum non debeat esse latitudo, seu frons, sed longitudo; tunc contra 225 divide per 3, & sic invenies pro ordine frontali 75 hastatos, & 64 divide per 7, & invenies 9 talium ordinum, milites vero in universum 675, qui producuntur ex multiplicatione 75 in 9.

R E G V L A VI.

De Acie perfectè & Arithmeticè quadrata instruenda.

1. EX dato numero militum extrahe, vel ex Tabula excerpte, radicem quadratam, & habebis numerum tam capitum vnius ordinis, quam ipsorum ordinum. Exempli gratia. Sit militum numerus 625, ex quo si extraxeris radicem quadratam, invenies præcise 25: ordines ergo erunt 25, & in quolibet ordine etiam 25 milites.

2. Sint jam milites 600, extrahe radicem quadratam invenies 24, tot ergo erunt milites in quovis ordine, & numerus ordinum similiter 24. Quia vero 600, non est numerus perfecte Quadratus, idcirco aliquid in extractione remansisse residuum necesse est, quod cum hoc loco etiam sit 24, poteris ex illis adhuc ordinem vnum instruere, sive frontalem sive lateralem. Hac ratione tamen acies non esset perfectè & Arithmeticè quadrata.

3. Si plures remansissent quam 24, pauciores tamen quam 48, id est, quam duplum radicis, tunc illi qui sunt supra 24, in acie non haberent locum.

4. Si residuum præcise adæquaret duplum radicis, tunc ex illis vel duos efficere poteris ordines, utrumque tamen sive lateralem sive fronta-

frontalem; quod si ex illis constitueres velles ordinem frontalem vnum, vnum quoque lateralem, uno vnuus solus dcesset miles ad compleendum quadratum, cuius radix esset 25.

A **B** **C** **D** **E** **F** **G** **H** In quavis enim Acie quadrata, si duos numeros, frontis & lateris, unam in summam collegeris, cinq[ue] unitatem addideris habebis gnomonem, qui junctus aciei & similiem rectilineam figuram, ut patet ex figura adscripta, in qua A B C denotat aciem quadratam, D E F verò gnomonem. Ergo AB numerum 3, adde ad AC numerum hoc est, ad 3, efficiet, adiecta insuper unitate, 9, quæ est summa numerorum DE, & EF.

D **E** **F** **G** **H** Vnde si non seiremus numerum militum, in acie perfecte & Arithmetice quadrata constituyendorum, aciem possemus inciperè à parvo aliquo quadrato, ut pucia 100, cujus radix 10 (vel etiam minor) nullumque quadratum per continuaem gnomonis circumpositionem tam diu augere, quam diu milites suppeterent.

7. Si inciperemus à minime quadrato, quod est 1, sive vnuus miles, tum prius gnomon erit trium militum, secundus quinque militum, tertius septem militum, & sic ordine naturali per omnes numeros impares, in infinitum, ut supra Capite 3. Articlelo primo docuimus.

R E G U L A VII.

De Acie perfecte & Geometrice quadrata instruenda.

D Atum numerum militum multiplicata per spatium quod vnuus miles occupat in longitudine, & productum numerum dividens per spatium quod idem miles occupat in latitudine, ex quo extrahe radicem quadratam, & habebis numerum militum pro ordine frontali; per quem si diviseris totum militum numerum, ab initio datum, habebis numerum ordinum sive militum pro ordine frontali.

Exemplum. Sit datus militum hastatorum numerus 1000, quem multiplico per 7, & productum 7000 divido per 3, & habeo 2333, cujus radix quadrata est 48, tot ergo milites erunt in uno ordine frontali, eruntque ordines tales 20; quem numerum habebis, si 1000 per 48 diviseris, in qua divisione cum superfinis 40, erunt 40 milites ex 1000 propositis, qui in quadrato geometrico locum habere non possunt, nisi ex illis vellimus facere adhuc 2 ordines laterales, ita ut frontalis vnuus acquireret milites 50; vel si milites adhuc accederent 8, tunc ordinum priorum esse possent 21; quamvis neque hi, neque illi ordines perfecte ac geometrice quadratum constituunt, sed proxime tantum accidunt.

Dd 2

2. En-

2. Enimvero ut perfectum constituantur quadratum Geometricum, necesse est ut numerus militum propositus; quando dividitur per numerum qui oritur ex multiplicatione pedum, quos vias miles in latum ac longum occupat, in quotiente dicitur numerus perfecte quadratum. Exempli gratia. Quoniam hastatus in latum occupat 3, & in longum 7 pedes, multiplico 3 eum 7, & habeo divisorum 21, sic deinde propositus militum numerus 1029, quem divido per 21, & invenio in quotiente præcisus 49, qui est numerus perfecte quadratus, ejusque radix 7.

3. In hoc ergo casu, loco Regulae Número 1. datae utere ista, Facta quam diximus divisione, & invenio in quotiente numero quadrato, cum radice illius multipliea numerum pedum, quem miles occupat in longum & habebis numerum militum, in ordine frontali constitutorum, & cum eadem radice, multiplicata etiam numerum pedum, quem miles occupat in latum, & habebis numerum ordinum. Ut in proximo exemplo, inventa radix est 7, cum qua multiplico 7 (quia tot pedes occupat hastatus in longum) facio 49 numerum militum unius ordinis, & eadem 7 multiplicata etiam in 3, & facio 21. numerum ordinum, pro militibus 1029. Ratio est quia toties debent 7 milites ponи in fronte, quoties 3 in latere.

4. Atque hinc licebit nobis gnomonem constituere, circa tale geometricum quadratum jam perfectum, quot enim pedes miles requirit in longum, tot milites addendi sunt frontalibus ordinibus, lateralibus vero tot quot miles occupat in latum. In Exemplum sic id quod Número 2 hujus proposuimus, in quo ordines frontales sunt 21, unicuique ergo adjungo 7 milites, sicut adjuncti septies 21, id est 147; & quia antea unus ordo habebat 49, additis 7, ordo unus habebit 56, & tot sunt ordines laterales, quorum unicuique addendi sunt 3, omnibus ergo ter 56, id est 168, qui cum prioribus 147 faciunt summam 315 militum totius gnomonis.

5. Quare si nesciremus, numerum militum in Acie perfectè ac geometricè quadrata constituendorum, Aciem incipere possemus a parvo tali quadrato, ut in superiori exemplo, à quadrato militum 21, ponendo scilicet 7 in frontali ordine, & faciendo 3 tales ordines, deinde addatur gnomon, prout paulo ante Num. 4. diximus & hoc toties, quoties fieri poterit.

6. Quemadmodum autem in præcedenti Regula Número 7, à minimo quadrato incipiendo, gnomones omnes in infinitum invenire facile fuit; ita etiam hoc loco idem facere licet. Ut in proximo exemplo primum ac minimum quadratum fuit 21 militum, primus ergo gnomon requirit ter 21 milites, secundus gnomon quinques 21, tertius septies 21, & sic ordine per omnes numeros impares in infinitum:

R E G V L A VIII.

*De acie quadrata instruenda ad datam proportionem
lateralium.*

1. Si debet proportio Arithmeticā, id est, quoad numerum militum rem expediemus per ea, quae in præcedenti Regula Numero 2 & 3 præscriptum. Exempli gratia, debeat se habere frons ad latus, ut ut 7 ad 3, idest quoties 7 milites sunt in fronte, series debeant esse 3 in lateris & sit propositus militum numerus 1029: secundum doctrinam Numeri 3, multiplico terminos datæ proportionis, id est 7 & 3 invicem, fiunt 21, cum quibus divido 1029, & invenio 49 quorum radix quadrata est 7, numerus scilicet per quem termini proportionis, qui sunt 7 & 3 multiplicandi sunt, ut fiant 49 milites in fronte, & 21 in latere.

2. Quando quotus divisionis non est præcise numerus quadratus, imitari possumus doctrinam Numero 2, præcedentis Regulæ traditam. Exempli gratia. Sit militum numerus 1000, quem multiplico per terminum frontis, id est per 7, & productos 7000 divido per terminum lateris, id est per 3, & ex quoto 2333 extraho radicem quadratam, facit 48 proxime, numerum militum in fronte collocandorum; per quem divido propositum numerū 1000, & invenio 20 milites pro latere. Vel vice versa multiplico propositum numerū 1000, id est 1000 per terminum lateris, scilicet per 3, & productum divido per 7, terminum scilicet frontis, & invenio 428, ex quibus proxima radix quadrata facit 20; erunt ergo 10 milites in latere, & 50 in fronte; quos habeo quando 1000 propositos milites per 20 inventos divido. Verum, ut & loco citato monuimus propositum exacte assequi non poterimus, cum id solum fiat ex Numero præcedenti hujus Regulæ.


3. Esto jam data proportio Geometrica, id est, quoad spatiū quod milites distribuendi occupare debent. Frons verbi gratia, quoad spatiū, debeat esse duplo latior, quam latus; tunc per omnia servanda est Regula quinta, mensuranda enim secundum pedes est tam latitudo quam longitudine (quæ necessario habebunt proportionem præscriptam) & reliqua servanda, ut eo loco docuimus.

R E G V L A IX.


De Acie quadrata instruenda ex Manipulis.

1. Si figura Aciei debeat esse similis figura Manipuli, tunc tot manipuli sunt conjungendi in longitudine, quot in latitudine, manebit semper

semper similis figura. Si superesset unus & alter manipulus, tunc aciei factae addi posset, ex militibus superfluorum illorum manipulo-

 rum, gnomon, ut in precedentibus diximus, id que toties fieri potest.

2. Quando manipuli sunt ejusdem longitudinis cum acie futura, id est, si manipulus habet tot ordines frontales, quot debet habere ipsa acies; tunc manipuli conjuguntur tantum secundum latitudinem.

 3. Quod si nec latitudo nec longitudine manipulorum similis sit, aut aequalis latitudini & longitudini futurae aciei, conjugenda erunt manipuli tam secundum latum, quam secundum longum, quam diu non exceditur determinata dimensio, & quod deinde deficit, explendum erit secundum Regulas traditas.

R E G U L A X.

De Acie triangulari.

1. Acies triangularis dupliciter fieri potest; primo, ut in prima fronte sic 1 miles, in secundo ordine frontali 2, in tertio 3, in quarto 4, & sic per seriem naturalem in infinitum. Ad quam instruendam requiritur numerus milium, ex illis humeris qui proprie ab Arithmeticis vocantur trigoni, seu triangulares vel triangulares, & habent hanc proprietatem, quod extrema latera aequalem numerum contineant milium, & triangulum semper constituant aequilaterum. Minus tamen apta videtur ad pugnam talis dispositio, quod milites in illo secundum longum, in ordinibus, quos supra vocavimus laterales, non immediate sese subsequantur, (ut in hac priori formula conspicere licet); nisi disponantur milites ita, ut triangulum fiat rectangulum, ut sunt in secunda formula triangula ADB, & ADC.

o 2. Tamen si quis velit habere Regulam pro tali
o o dispositione per triangulum aequilaterum alijs, ni-
o o o mirum rebus distribuendis accommodandam, Nu-
o o o o merum rerum distribuendarum multiplicet per 8,
A productio addat 1, ex summa extrahat radicem
o quadratam, a qua subtrahat 1, eritque medietas re-
o o o liqui numeri, latus trianguli futuri. Exempli-
o o o o gratia, detur numerus 55 rerum distribuendarum,
o o o o o is multiplicatus per 8 producit 440, addo 1, fa-
B D C cit 441, extraho radicem quadratam, facit 21, sub-

subtraho 1, manent 20, cuius medietas est 10: quodlibet ergo latus trianguli 10 praeceps continebit res, absumerque triangulum 55 res praeceps.

3. Quod si numerus propositus non esset praeceps trigonalis, tunc omnia fiant juxta praedicta, sine tamen fractione, id est, proxime minor accipiatur tam radix quadrata, quam medietas. Exempli gratia propositus sit numerus 52, multiplico per 8, facit 416, addo 1, facit 417, proxime minor radix quadrata est 20, subtraho 1, manent 19, proxima medietas sine fractione est 9, tot ergo res continebit latus trianguli absumerque res tantum 45, ac proinde supererunt 7, ut ex ijs quæ jam dicemus colligere licet.

4. Sit jam datus numerus pro uno latere, & queratur numerus pro toto triangulo. Dato numero addatur 1, summae (quando ea par est) medietas multiplicetur per ipsum datum numerum, vel (si summa impar est) eam cum medietate dati numeri multiplica, & habebis propositum; Exemplum volo ut latus trianguli contineat 9 res, addo 1 fiunt 10, ejus medietatem 5 multiplico per 9, facit 45 tot ergo res praeceps absumentur ad complendum triangulum. Sit dein de datus pro latere numerus 10, addo 1 fiunt 11, quæ multiplico per 5 medietatem scilicet dati numeri, fiunt 55, numerus rerum pro triangulo futuro.

5. Secunda ratio Aciei triangularis est, ut in prima fronte ponatur 1 miles, in secunda 3, in tertia 5, in quarta 7, & sic per progressionem numerorum imparium in infinitum. Atque hac ratione ordines tam frontales quam laterales debito modo sibi mutuo respondent; ut appareat in secunda formula. Numeri autem qui hanc figuram constituunt sunt omnes Quadrati, cuius radix est, & medius ordo lateralis A D, & numerus militum duorum laterum aequalium A B, A C: constituit enim hæc forma triangulum Isoscelem, seu equicrurum, cuius Basis, quoad numerum, si assumat unitatem, dupla est lateris seu Radicis Quadratæ.

6. Ex his autem facile colligitur quare dato latere habeatur basis, aut data base, quomodo latus, & numerus totus Rerum disponendarum inveniendus sit; & contra ex numero disponendo, tam latus, quam basis. Dato enim latere, exempli gratia 10, à duplo ipsis hoc est à 20 subtrahere 1, & sic habebis 19 pro base; quadratum vero lateris, hoc est 100, est totus numerus distribuendus: sic si decur basis 19, adde 1 fiunt 20, cuius medietas est latus. Ex dato denique numero distribuendo 100, si extraxeris radicem quadratam, habebis 10 pro latere.



C A P V T I X.

D E N V M E R I S
Polygonis.

Cum in proximè precedenti Capite proposimus nobis fuerit, Regulas illas non tam ad solos ordines, aciesque militares coercere atque contrabere; quam ad rerum omnium concinnam & ordinatam distributionem extendere: atque dilatare: proximum fuit ut ea, que de numero Triangulari in Regula ultima diximus, omnibus Numeris Multangulis accommodaremus. Quod opus eo libertius aggressi sumus, quo minus in eo laborandum nobis esse vidimus: nam solummodo ea, que ante plures annos in chartam conjectimus, hic transbulimus, & ad methodum hactenus seruatam dispositimus.

A R T I C V L V S I.

Quid, & quotuplex sit Numerus Polygonus.

Capite primo Articulo i. hujus Appendicis diximus, Numerum Figuratum in genere esse eum, cuius vnitates certo quodam modo dispositæ, Figuram constituunt Geometricam, &c. Quare numerus Polygonus ille, de quo nobis hic futurus est sermo, est species quædam numeri Figurati, & dici potest numerus Superficialis & Planus, cuius vnitates ordinatè dispositæ, figuram constituunt multangulam, & quo ad numerum vnitatum æquilateram.


Quoniam autem Polygonarum figurarum Geometricarum, aliquib modo ordinatarum, aliquæ sunt æquilateræ, & non æquiangulæ; alias vero & æquilateræ, & æquiangulæ. Ita hæc dispositio vnitatum a hòc duplici etiam modo præcipue figurari potest: ut nimirum figuræ sint quarum latera contineant quidem vnitates numero æquales, angulos vero inæquales. Sint autem & alias quæ & omnia latera, & omnes angulos æquales habeant. Vnde concludimus Numeros Polygons duplicitis esse generis. Quorum priores absolutè & simpli citer vocantur ab auctoribus Numeri Polygoni. Postiores autem cum addito, Polygoni dicuntur Äquianguli, sive Centrales: hi præterea dici solent Secundi, illi Primi, de quibus hoc Capite tractabimus.

A R T I C V L V S II.

Primorum Polygonorum Ortus & Genesis.

i. **S**i de reali dispositione vnitatum horum numerorum loqui velimus, non

non nisi usque ad Octogonum inclusivè concinnam aliquam , & bene vicinque ordinatam figuram formabimus , à Triangulo incipiendo . Ad Hexagonum quidem inclusivè , anguli omnes extorsum vergunt : In Heptagono vero quinque tantum , reliqui enim duo introrsum cendunt : Octogonum denique habet quatuor angulos extorsum , & rotident introrsum vergentes . Ut videre est ex sequentibus Figuris .



De certa autem dispositione rerum juxta figuræ suas , hoc loco nihil dicimus , cum ea sit satis cognita , & omnes figurae componantur ex primo & secundo polygono , triangulo scilicet æquilatero , & quadrato perfecto ; de quibus satis diximus Capite precedenti , & res ex figuris præmissis satis etiam constat .

2. Quia vero virtus h̄orum numerorum Polygonorum ac potentia , magis consistit in Arithmeticis , (in signibus enim dotati sunt proprietatibus) quam in Geometricis , ortum illorum rectius ostendemus ex illa etiam , quam ex hac Scientia . Est ergo Polygonus numerus nil aliud , quam summa aliquot terminorum , sive numerorum in Progressione Arithmetica , ab unitate ortum ducente , ordine continuo constitutorum .

3. Hac ratione ergo ex Progressione numerorum omnium , tam parium quam imparium , oriuntur Numeri Polygoni . Ex Prima enim , quæ est seriei naturalis , cuius videlicet terminorum differentia perpetuò est unitas , nascuntur numeri Trigoni . Ex Progressione numerorum omnium imparium , quorum differentia est binarius , ortum ducunt numeri Tetragoni . Ex Progressione , cuius terminorum differentia

ferentia est ternarius, componuntur Pentagoni. Ex Progressione eorum quorum differentia perpetua est quaternarius, gignuntur Hexagoni. Et sic per augmentum unitatis, tam in differentia, quam in multitudine angularium ascendendo, ex reliquis Progressionibus Arithmeticis, oriuntur reliqui numeri Polygoni in infinitum. Unitas enim semper ponitur pro primo numero Polygono, eadem deinde addita proxime sequenti Progressionis termino, generat secundum numerum Polygonum. Hæc summa addita tertio ejusdem Progressionis termino, facit tertium ejusdem speciei Polygonum numerum. Et sic de reliquis; ut videre est in sequentibus exempli. Verbi gratia, in quarta Progressione Arithmetica, quæ per continuum augmentum quaternarij crescit, priores termini 1 & 5, simul facientes 6, secundum numerum componunt Hexagonum, sive primum post unitatem: & tres deinde termini 1, 5, 9, simul sumpti, faciunt 15, tertium Hexagonum: Huic tertio Hexagono 15, si addideris progressionis Arithmeticae dictæ terminum quartum 13, facies quartum Hexagonum 28. Et sic deinceps.

PROGRESSIONES ARITHMETICÆ.

Prima	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Secunda	1	3	5	7	9	11	13	15	17	19
Tertia	1	4	7	10	13	16	19	22	25	28
Quarta	1	5	9	13	17	21	25	29	33	37
Quinta	1	6	11	16	21	26	31	36	41	46
Sexta	1	7	13	19	25	31	37	43	49	55

NUMERI POLYGONI INDE compositi.

Trigoni	1	3	6	10	15	21	28	36	45	55
Tetragoni	1	4	9	16	25	36	49	64	81	100
Pentagoni	1	5	12	22	35	51	70	92	117	145
Hexagoni	1	6	15	28	45	66	91	120	153	190
Heptagoni	1	7	18	34	55	81	112	148	189	235
Octogoni	1	8	21	40	65	96	133	176	225	280

4. Continuatio harum Tabularum facilis est. Nam quod attinet ad Progressiones Arithmeticas, quemadmodum numeri ordinum transversalium crescunt per eandem differentiam in quovis ordine; ut tertii ordinis per ternarium; quarti per quaternarium; & consequenter ipsæ differentiæ sese immediate subsecuentes, augentur semper unitate; ita etiam columnæ sive ordines perpendicularares eadem ratione progressiuntur.

grediantur. Nam etiamsi prima columnæ constet ex puris merisque singularibus unitatibus, secunda tamen numeros habet excedentes scilicet per unitatem, tertia numeros dat differentes binario, quartæ columnæ numeri augentur per ternarium. Et sic de reliquis. Quare numeri hi continuari nullo negocio poterunt, sive transversaliter, sive perpendiculariter in infinitum.

5. Numeri vero Polygoni qua ratione nascantur progredianturque, per suos ordines transversales, & hoc in infinitum, sat superque dictum est paulo ante Num. 3. Ordines tamen perpendicularares, sive columnæ facilius fruunt; numeri enim uniuscujusque per idem semper augentur incrementum; quod quidem perpetuo est numerus Trigonius proxime precedens. Nam quemadmodum in Progressionibus Arithmeticis, differentiaz numerorum in columnis positorum, habentur in primo ordine transverso: ita in his eodem modo differentiaz columnarum, desumuntur ex primo ordine transverso, qui est Trigonorum. Sic differentia numerorum quartæ columnæ est senarius, tertius videbitur Trigonius. In quinta columnæ est differentia 10, Trigonius nimurum quartus. Et sic de ceteris.

Ceterum cum trigono numerorum Polygonorum sit ex Progressionibus Arithmeticis, pauca de illis nobis praælibanda sunt.

A R T I C U L V S. III.

De Progressionibus Arithmeticis.

PROPORTIO, sive Proportionalitas, Progressio continua Arithmetica, est ea, cuius termini immediatè sequentes, omnes æqua intervalla; sive æquales servant differentias.

2. Termini sunt numeri Progressionem constituentes,
3. Quare si dato termino alicui addatur ea, quam diximus, differentia, sic terminus proxime major; si eadem ab eodem termino dato subtrahatur, sic terminus proxime minor.

4. Et si terminus minor subtrahatur à proximè majori, relinquuntur differentia.

5. Ergo in tribus terminis, summa extremitatum, dupla est medij.

6. Et consequenter quando plurimum terminorum numerus est impar, summa extremitatum non solum dupla est medij, sed & æqualis est summa quorumlibet duorum mediorum, ab extremitis æquilibiter remotorum.

7. Quando autem plurimum terminorum numerus est par, summa extremitatum perpetuo æqualis est summa, quæ colligitur ex duabus medijs, æquilibiter ab extremitis remotis.

8. Ergo summa omnium terminorum; quando numerus illorum est impar, ad medium terminum, hoc est, ad semissimam summatum extremitorum,

morum; proportionem habet multiplicem, ab eodem numero terminorum denominatam. Quando vero numerus terminorum par est, eadem summa omnium terminorum, ad summam extremorum, proportionem habet multiplicem, à semissi ejusdem numeri terminorum denominatam.

9. Quare datis quibusvis terminis continuè Arithmeticè proportionalibus; si numerus terminorum multiplicetur, in medietatem summæ extremorum: Vel, medietas numeri terminorum, in summam extremorum; prodibit summa terminorum omnium.

10. Ex præcipuis deinde quæ observari solent in Progressionibus Arithmeticis, quatuor sunt: Terminus Primus; Terminus ultimus; (qui dicuntur termini extremi) Numerus terminorum omnium; & Differentia. Horum si dentur tria, quartum habetur ex supra dictis.

11. Dato enim alterutro extremo termino, terminorum numero, & differentia, alterum extremum sic invenies. Numerus terminorum multatus unitate, ducatur in differentiam, productusque addatur minori extremo; vel subtrahatur à majori: summa dabit majorem, & residuum minorem terminum.

12. Differentiam habebis in Quoto; si ablato minore extremo à majore, reliquum dividiseris, per numerum terminorum unitatem multatum.

13. Numerus denique terminorum non fuscet, si de mpto minore termino à majori, reliquum dividatur per differentiam; Quotus enim auctus unitate offert ignotum numerum.

14. Eundem terminorum numerum habebis etiam, si summam omnium, per summam extremorum divisoris; Quotus enim est medietas numeri quæsiti.

15. Summam autem omnium differentiarum dat residuum, subtracto minore extremo termino à majore.

16. Differentia tamen proximorum terminorum, earum Progressionum ex quibus numeri nascuntur Polygoni, facilis habetur: eam enim indicat numerus multisitudinis angularum Polygoni propositi, binario multatus.

A R T I C U L V S . IV.

De Radicibus numerorum Polygonorum

Quamvis numeri Primæ Progressionis Arithmeticæ, supra Articlem 2. cum alijs propositæ, quæ nimilitim est series naturalis, sint, acque dicantur propriæ Radices, numerorum Polygonorum respondentium, ut videre est apud Diophantum, & Franciscum Madofolycum; Sic y, quæ est Radix ex 28, septimæ scilicet Triangulo; etiam est Radix ex 49, septimo Quadrato; & Radix etiam ex 70, septimo

septimo videbitur Pentagono; &c. Vnde quod unitatum fuerit haec Radix, tot unitatibus constat etiam latus figuræ Polygonæ, ut patet ex figuris Articulo 2 propositis.

Alij tamen Arithmeticci præsertim recentiores ultimum terminum, non Prima tantum, sed & aliaturum Progressionum Arithmeticarum, vocant Radices Polygonorum, quemlibet sui correspondentis Polygoni: Ut 10, qui est quartus terminus Progressionis Tertiæ, (cujus differentia est 3). & ultimus ille, ex quo factus est 22 quartus Pentagonus, Radix dicitur ejusdem Polygoni 22. Et sic de reliquis. Vocatur autem nobis Radix propriè dicta *Prima*, & haec *Secunda*.

2. Data autem alterutra Radice, altera facile habetur ex sequentibus Regulis: per priorem quidem invenitur Radix Secunda, ex Prima; per posteriorem vero habetur Prima ex Secunda data.

N O T A

CVM in sequentibus Regulis sepius fiat mentio, numeri multitudinis angulorum Polygoni, qui in Heptagono verbi gratia, ut vocabulum ipsum indicat, est 7: nos brevitas causa hunc numerum vocabimus A: ita ut A - 2 significet numerum multitudinis angulorum, multatum binario; A + 2, eundem numerum, auctum binario. &c.

R.E.G.V.L.A.I. Radix Prima nominati Polygoni minus unitate, multiplicetur per A - 2, Productus numerum plus unitate est Radix Secunda quæsita.

Exempli gratia, Esto datum tenarius pro Prima Radice heptagoni, 6 minus 1, & 7 minus 2, sunt 5 & 5, quæ per mutuam multiplicationem producunt 25, & plus 1, fit 26 Radix Secunda petita. Multiplicans enim est differentia Progressionis Arithmeticæ illius, ex qua natus est Polygonus nominatus; per Num. 16 Articuli præcedentis; Prima Radix data est numerus terminorum; unitas vero est terminus Extremus minor: Ergo per Num. 11 ejusdem Articuli, ex his datis habetur major terminus extremus, sive Radix Secunda; quod est id quod Regula præcipit.

R E G U L A II. Datam Secundam Radicem denominati Polygoni, unitate multatum diuide per A - 2, Quotus unitate auctus, offert Radicem Primam Polygoni propositi.

Sit enim data Secunda Radix 26, aliusque Heptagoni, aufer 1, & reliqua 25, diuide per 3; Quotus qui etiam est 4 unitate donatus, fit est 18 Radicem Primam quæsitam. Ratio constat ex paulo ante dictis, & ex Num. 13 & 16 Articuli præcedentis.

A R T I C U L U S V.

Ex datis Radicibus, sive binis, sive alterutra tantum, numerum componere Polygonum.

Ec 3

Quan-

Quando habetur utraque Radix, ipsarum numerus Polygonus habetur per sequentem Regulam.

REGULA I. *Medietas alterutrius Radicis (Secundetamen autem prius unitate) ducta in alteram, producit suum ad quem spectat, numerum Polygonum.*

Exempli causa datae sint Heptagoni Radices, Prima 6, & Secunda 26, ducantur 3 in 27, fiunt 81, Heptagonus quæsitus. Ratio constat ex definitione Radicum, & ex Num. 9. Articuli 3.

2. Ex hac ergo Regula, & ex ijs quæ præmisimus, facile fit unica Regula per quam ex data sola, sive Prima, sive Secunda Radice, habemus numerum Polygonum. Ea autem pro Prima Radice sola data sic habet:

REGULA II. *Data Radix Prima Polygoni denominati, ducatur in A - 2, & à productō auferatur A - 3; medietas hujus residui, unitate prius aucta, ducta in eandem Primam datam Radicem; vel, medietas Radicis in dictum residuum plus unitate, facit numerum Polygonum eum, cuius Radix data fuit.*

Exemplum: Data sit 6 Radix Prima Heptagoni, ducatur ea in 3, & à productō 30, auferantur 4, reliquum plus 1, quod est 27 (cum sit numerus impac) ductum in 3, medietatem Radicis data, facit 81, Heptagonum quæsatum.

3. Hæc Regula ut universalis est, ita simpliciter omnibus convenit Polygonis, etiam Trigonis; vt si data sit Radix Trigonij prima 4, cuius componendus sit numerus Trigonius; cum multitudine angularium, dempto binario, sit 1, nulla per multiplicationem imperatam sic mutatio, sed Radix data 4, manet immutata: à qua auferenda esset multitudine angularium minus ternario, hoc est, 0, adhuc Radix 4 manet immutata; quæ assumpta prius unitate, si ducatur in 2, medietatem Radicis, producit 10 Trigonum petitum. Quare pro Trigonis sequens particularis valebit Regula.

REGULA III. *Medietatem Radicis data, duc in ipsam Radicem unitate aquam: Vel, medietatem Radicis aquæ prius unitate, duc in ipsam Radicem, & efficies Trigonum Radicis data.*

4. Verum quia illa Regula universaliter poniatur additio unitatis, operatio illa tollitur, si à priore multiplicationis producto, auferatur non A - 3 sed A - 4. Quare eadem Regula generalis brevius sic proponitur.

REGULA IV. *Radix Prima ducatur in A - 2, & à productō auferatur A - 4, medietas hujus residui, ducta in eandem primam Radicem datam: Vel medietas Radicis, in dictum residuum, producit Polygonum desideratum.*

Exem-

Exemplum. Esto 6 Radix prima Heptagoni, quæ ducta in 3 facit 30, & ablatis 3 reliqua 27 ducta in 3, medietatem Radicis facit 81. Heptagonum quæsitum. Sit deinde 5 Radix prima Pentagoni, hæc ducta in 3 facit 15, & ablata unitate, medietas reliqui quæ est 7 ducta, in 5, Radicem datam producit 35. numerum Pentagonum qui quærebatur.

Convenit hæc Regula, cum generalis sit, etiam Trigonis, sed in usu adhiberi debent numeri ficti, sive infra nihilum; ut patebit cuilibet periculum facturo.

5. Aliam universalem, sed pro usu difficiliorem Regulam, prescribit Diophantus, Libro de numeris Polygonis, Propos. 9. quæ sic habet:

R E G U L A V. *Duplum Radicis data multatum unitate, duc in numerum multitudinis angulorum binario multatum, productio adde binarium; & à quadrato summe, aufer quadratum numeri multitudinis angulorum multatum quarternario, reliquum diuide per octuplum multitudinis angulorum binario multatum, & invenies quæsumum numerum Polygonum.*

In exemplum sit eadem Radix 6, Heptagoni, cuius duplum minus unitate, quod est 11, duco in 3, productus auctus binario facit 57, hujus in Tabula inquiero quadratum, & invenio 3249, à quo aufero quadratum ex 3, & reliqua 3240 divido per 40, Quotus dat 81 Heptagonum quæsumum.

Brevissima autem Regula est ea, quæ desumitur ex Regula 1, Articuli 4, & ex Regula 1 hujus, & est talis.

R E C U L A VI. *Data Radix prima minus unitate, ducatur in A - 2, productus enim auctus binario, in medietatem ejusdem Radicis: vel, si Radix est numerus impar, ipsa in medietatem ejusdem producti binario aucti, ducta; producit Polygonum quæsumum.*

Vt sit data eadem Radix 6, alicujus quod petitur Heptagoni, ea minus unitate, hoc est 5, ducta in 3 (quæ est multitudo angulorum, minus 2) facit 25, & additis 2, fiunt 27, qui ductus in 3 medietatem Radicis datae, facit 81 Heptagonum optatum. Sit deinde 5 Radix cuiusdam Pentagoni, ea minus 1, hoc est 4, ducta in 3, (multitudinem angulorum minus 2) & producti plus 2 qui est 14, (cum sit Radix numerus impar) medietas 7, ducta in 5 Radicem datam, producit 35. Pentagonum desideratum.

7. Quod si decur Secunda Radix tantum, inveniemus ipsius Polygonum per Regulam deductam ex Reg. 2. Articuli 4, & ex Reg. 1. Articuli hujus, hoc modo.

R E G U L A VII. *Data secunda Radix minus unitate, dividatur per A - 2, Quotus unitate auctus, in medietatem data Radicis*

uni-

unitate aucta: Vel; si Radix est numerus par, ipsa plus unitate in medietatem ejusdem Quoti aucti, ducta, producit Polygonum quæsumum.

Exempli gratia esto 12 Radix secunda Pentagoni, illa minus 1, divisa per 3, dat quotum 4, qui plus 1, ductus in 7 medietatem Radicis plus 1, producit 35 Heptagonum quæsumum.

Sit deinde 26 Radix secunda Heptagoni, ea minus unitate divisa per 5, reddit quotum 5, qui plus unitate facit sui medietatem 3, quæ ducta in 27 Radicem datam plus unitatem (cum Radix data sit numerus par) producit 81, numerum Heptagonum quæsumum.

ARTICVLVS VI

Ex dato Polygono utramque Radicem eligere.

1. Radicem primam sive latus Polygoni per sequentem vniuersalem Regulam invenies.

REGVL A I. Divide tam duplum Polygoni dati, quam $A - 4$, per $A - 2$: Quotum primum adde ad quadratum dimidij Quoti Secundi, Summe hujus Radix quadrata aucta eodem dimidio Quoto. Secundo exhibet Latus quæsumum.

Datus esto numerus Heptagonus 81, tam duplum quod est 162, quam 3, dividere per 5, Quoti sunt $\frac{1}{3}$ & $\frac{2}{3}$; hujus medietas est $\frac{1}{6}$ ejusque quadratus $\frac{1}{36}$, ad quem si addideris primum Quotum $\frac{1}{3}$, sive $\frac{3240}{100}$, efficies $\frac{3240}{36}$, ejus radix quadrata est $\frac{57}{6}$, quæ aucta medietate Secundi Quoti, quæ est $\frac{1}{6}$, fiunt $\frac{60}{6}$, sive 6, Radix prima Heptagoni propositi.

2. Etsi hæc Regula vniuersalis sit, & per Analysisim ex præcedentibus deduxta; quia tamen multi fractionibus assueti non sunt, ad visitandas illas eandem sic proponimus.

REGVL A II. Octuplum dati Polygoni, duc in $A - 2$, producto adde quadratum ex $A - 4$; Radix quadrata hujus summae plus $A - 4$, divisa per duplum ipsius $A - 2$, in Quoto exhibet Radicem quæsumam.

Sit datus idem Heptagonus 81, octuplum ipsius, quod est 648, ductum in 5 producit 3240, adde quo quadrato ex 3, quod est 9, & extracta radice 57 plus 3 facit 60, quæ divisa per 10, dat in Quoto 6 Radicem Heptagoni propositi.

Pro Trigonis facilitorem præscripsimus Regulam Capite 8, Regula 10, Num. 2.

Verum quando Polygoni propositi numerus angulorum est par, facilius etiam habetur Radix prima, per sequentem Regulam tertiam, quam per secundam præmissam.

REGV-

REGULA III. *Duplum dati Polygoni duc in A - 2, productio adde quadratum medietatis ex A - 4; Radix quadrata hujus summa plus medietate ex A - 4, divisa per A - 2, in Quoq[ue] exhibet Radicem quadratam.*

Vt si offeratur Decagonus 27, duc 54 in 8, & productio 432 addo 9, quadratum scilicet ex 3, & summa 441 Radicem quadratam, quæ est 21, & plus 9 facit 24, dividendo per 8, Quotus 3 exhibet Radicem primam Octogoni propositionis.

3. Eadem ratione dari possunt Regulae, per quas ex dato Polygono habetur Radix secunda; omessa enim illa que fractiones involvit, altera generalis sic habet.

REGULA IV. *Octuplum dati Polygoni, duc in A - 2, productio addere quadratum ex A - 4, à radice quadrata hujus summa subtrahere A - 2, reliqui dimidium est Radix secunda quaesita.*

Datus sit Heptagonus aliquoties propulsus 81, octuplum ipsius in 5 ductum facit 3240, & cum 9 quadrato addendo exurgunt 3249, quorum radix quadrata multata quinario est 51, cuius medietas 26, est ea quæ queritur secunda Radix.

Sed vt ante, quando denominatio Polygoni sumitur à numero partis, Regula facilior dari potest, hoc modo.

